6
1-a
33

6
5 M
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
1-10-9-

6-1-a-33

II
15
D

Digitized by Google

Don. et add. Bibl. Secr. Coll. S.
A. R. P. D. M. Jo. Boorhaan.

സി ദ്ധ രൂ പം

SIDHARUBAM

SEU

GRAMMATICA SAMSCRDAMICA

CUI ACCEDIT

DISSERTATIO HISTORICO-CRITICA

IN LINGUAM SAMSCRDAMICAM

VULGO SAMSCRET DICTAM

In qua huius linguae exsiſtentia, origo, praeſtantia, antiquitas, extenſio, maternitas oſtenditur, libri aliqui ea exarati critice recenſentur, & ſimul aliquae antiquiſsimae gentilium orationes liturgicae paucis attinguntur, & explicantur

AUCTORE

FR. PAULINO A S. BARTHOLOMAEO

CARMELITA EXCALCEATO MALABARIAE MISSIONARIO



ROMAE M. D. CC. XC.

EX TYPOGRAPHIA SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE
PRAESIDUM ADPROBATIONE.

Digitized by Google

DISSERTATIO HISTORICO-CRITICA

IN LINGUAM SAMSCRDAMICAM.

I.

LInguam illam veterum ſapientum Indiae, qua Brahmanes etiamnum in liturgicis orationibus, in ſacrificiis ſuis peragendis, & in altioribus ſcientiis tradendis utuntur, quaque ipſa eorum ſacra lex, quam Vèdam വെദം vocant, ſcripta eſt, diverſi auctores diverſis nominibus inſignivere.

Athanaſius Kircher illam Hanſcret; Thomas Hyde, Sanſcroot; Mullerius, Eduardus Bernardius, Carolus Mortonius, Hanſcret (1); P. Calmetus in epiſtola ad P. Tourneminium anno 1737. Vencatiguiri ex regno Carnatenſi ſcripta, Samſcrouſtam (2); Sonnerat, Samſcroudam (3); Anquetil du Perron; Samskretan (4); Stephanus Fourmont, Sanſcretan; (5) Mallet Dupan, Sanſcreet (6); Anonymus quidam e S. I. Miſſionarius, Grandon (7); P. Auguſtinus Antonius Giorgius, Samſcret (8); Auctores libri, cui titulus: *Aſiatick reſearches*, Sanſcrit & Shanſcrit (9); Auctor praefationis in Alphabetum Barmanorum Samſcrit (10);

(1) Alphabetum Grandonico-Malabaricum, ſive Samſcrudonicum Romae 1772. typis Sac. Congreg. de Propaganda Fide. *pag.*5.

(2) Memoires pour l'hiſtoire des ſciences, & des beaux arts. Novembre 1739. a Paris chez Chaubert.

(3) Voyages aux Indes Orientales, & ala Chine par Mr. Sonnerat a Paris chez Froulé. 1782.

(4) Zend Aveſta par Mr. Anquetil du Perron. a Paris chez Tilliard 1771. tom. prem. *pag.*3. Appendix *n.* 110.

(5) Catalogus Codicum manuſcriptorum Bibliothecae Regiae. Pariſiis ex Typographia Regiâ. 1739. *fol.* 434. *& ſeq.*

(6) Journal hiſtorique & politique. a Geneve par Mr. Mallet Dupan. *num.* 9. 4. Mars. 1786.

(7) Breve noticia dos erros, que tem os Gentios de Concaó da India. *cap.*5; manuſcriptum P. Iohanni a Brito attributum.

(8) Alphabetum Tibetanum. Romae 1762. typis S. Cong. de Propaganda Fide. *pag.*100.

(9) Aſiatick reſearches, or Tranſactions of the Society inſtituted in Bengal. volume the firſt. Calcutta 1788. *pag.*8. *& pag.*150.

Bartholomaeus Ziegenbalg in ſua Grammatica Damulica. Halae Saxonum 1716. *pag.*1. Linguam Bramanorum corrupte Kirendum, loco Grantham, vel Samſcrdam vocat, & in praefatione ſua litteras noſtras falſo corruptas eſſe putat.

(10) Alphabetum Barmanorum, ſeu regni Avenſis, editio altera emendatior. Romae 1787. typis S. Congr. de Prop. Fide. *pag.*2.

Pater Ioſephus Beſchi ; Grandon , & Samskrdam (1) ; Iohannes Chriſtophorus Amadutius , Samſcrit (2) ; P. Clemens a Ieſu , Grandon vel Samſkrdam (3) ; Auctor denique Grammaticae Talenganicae eam Samſcredam appellat (4) . Hoc eodem vocabulo illam inſigniunt P. Vincentius a S. Catharina Senenſi , P. Geminianus a S. Octavio , P. Stephanus a Ss. Petro & Paullo , P. Ildephonſus a Praeſentatione , Miſſionarii Malabariae anteceſſores mei , quorum diaria , & relationes Indicae ſive typis editae , ſive in archivio domus Miſſionis Verapoliranae aſſervatae , ſive denique illae , quas ad manum habeo , in hac una re omnes conveniunt .

Ex his auctorum teſtimoniis argumentum certum eruitur , dari in Indiis orientalibus idioma aliquod ſacrum , ſublime , ſcientificum , litterale , quo religioſi , legales , & liturgici libri conſcripti ſunt , & quo Brahmanes ethnici in divinis peragendis ac altioribus ſcientiis tradendis utuntur . Quamvis vero Europaei ſcriptores de vocabulo idiomatis non conveniant , quin immo in eo ſcribendo , & pronuntiando mirum quantum diſcrepent , hoc idiomatis exſiſtentiae nihil officit , & omnis illa variatio & diſcrepantia in defectum Alphabetorum Europaeorum & gentilium Indicorum eſt reiicienda .

Mortuam , ut vulgo dici ſolet , ac litteralem linguam aliqui , divinam & ſacram alii , ſcientificam , ſeu eruditorum & ſapientum linguam alii , Brahmanicam , ſanctam , & ſublimem aliqui , citatis eam locis appellant , pro ſuo quiſque ſtudio , affectu , opinione , aut iudicio ἐπίθετον linguae huic tribuunt , quod quidem parum noſtra intereſt , plurimum autem , ut eius Grammaticam daturi verum , ſincerum , & genuinum etymon vocabuli ex primis huius idiomatis elementis , & ipſius analyſi demus , ac in tanta opi-

(1) Vulgaris Tamulicae linguae Dictionarium , & Grammatica P. Conſtantii Ioſephi Beſchi , cuius exemplar manuſcriptum ad manus habeo . Vide etiam inter Codices Indicos manuſcriptos Bibliothecae Regiae *n.*222. Eamdem impreſſam habemus etiam Trangambariae an. 1739

(2) Alphabetum Brammhanicum ſive Indoſtanum Univerſitatis Kaſi . Romae . 1671. *Praef. pag.*vii. *pag.*5. 105. &c.

(3) Vid. ſupra *n.*1.

(4) Grammatica Talenganica auctore quodam Miſſ. e S. I. Vide etiam Codices manuſcriptos Bibliothecae Regiae . *n.*223. Alphab. Talengà vide apud Encyclopaediſtas *tab.*xix. edit. Libur.

Digitized by Google

opinionum & nomenclaturae varietate, certum, fixumque nomen huic idiomati tribuamus, ac ſtabiliamus.

Itaque ut claram & diſtinctam notionem lector aſſequatur, primum quidem paucis de praecipuis alphabetis, quae in Indiis in uſu ſunt, quibuſque ſacrum hoc idioma ſcribi ſolet, eſt diſſerendum.

Haec cumprimis alphabeta nunc in Indiis obtinent: Vánárenſe, ſeu univerſitatis Kaſi, alias alphabetum Brahmanicum ſive Indoſtanum dictum; hoc utuntur Brahmanes magiſtri univerſitatis Kaſi, qui in ſuburbiis hortiſque illius civitatis litteras tradunt, & Samſcrdamicae linguae Grammaticam docent, de quo vide Banier de Relig. Indor. ritibus, & Alphab. Tibetan. *pag.*265. & 429. Hoc alphabetum Vánárenſe a litterali antiquo & ſcientifico Samſcrdamico diverſum eſſe ait P. Caſſianus Beligatius in Alphabeto Indoſtano univerſitatis Kaſi *cap.*1.*pag.*3., in quo numerantur litterae ſimplices ſeu radicales quinquaginta, praeter compoſitas, quarum numerus deſignari non poteſt, cum tot ſint, quot fieri poſſunt coniunctiones conſonantium cum vocalibus, vel conſonantium cum aliis conſonantibus, de quo vide huius alphabeti *pag.*5. & praefationem eruditi viri Iohannis Chriſtophori Amadutii in hoc alphabetum. Ex quo inferes, quod ſi aliud praeter hoc, & quidem litterale ac ſcientificum Samſcrdamicum alphabetum in illa regione habetur, hoc univerſitatis Kaſi alphabetum Samſcrdamico-gentilitium Vánáres vel Benáres dici debere, quia linguae ſacrae Samſcrdamicae vocabula univerſitatis Vánáres propriis, & particularibus, aut nationalibus characteribus tradit.

Secundum alphabetum eſt Nagaricum ſeu Dèva Nagari, vulgo alphabetum Nàgri dictum (1); de quo multis diſſerunt auctores libri: *Aſiatick reſearches*. Alphabetum hoc, cuius litteras radicales adferunt, earumque ſonum, & valorem explicant hi eruditi Angli, imprimis obtinet in regno Bear vel Patna, & in vicinis ditionibus, quae Mogolenſi imperio ſubiacent; de quo vide praefat. in Alphab. Indoſtanum *pag.* VII. & *Aſiatick reſearches pag.*13. & 423. Characteres huius alphabeti praeter illos, qui in

(1) Encyclopaediſtae (Recueil des planches ſur les ſciences 3. Edition a Livourne 1772.) *tab.*17. confundunt litteras Nagaricas, quas falſo Nagrou vocant, cum alphabeto Hanſcrit, quod omnino diverſum eſt.

in hoc opere exhibentur, etiam adfert P. Caſſianus Beligatius in Alphabeto Indoſtano *pag.* 113. Huius alphabeti diſpoſitionem litterarum reliquis Indicis alphabetis omnibus praeſtare *pag.* 23., & charactere Nagarico Indicas linguas originaliter ſcriptas fuiſſe, tum horum charaterum uſum uſque ad Pontem Ráma, ſeu uſque ad Promontorium Comorinum & Inſulam Ceylan extendi, aſſerunt laudati Angli ſcriptores *pag.* 423. Verum venia praeclarorum horum virorum dixerim, ipſos in hac re manifeſte ludi, fallique. Characteres univerſitatis Vánáres, Talenganici, Samſcrdamico Malabarici eodem ac Nagarici ordine, & diſpoſitione in ſuis relativis alphabetis referuntur, eumdem ſonum, valorem, poteſtatem, nomenque habent, ſub quibus characteres Nagarici in hoc eodem Anglico libro exhibentur; ſiquidem 50. litteras radicales numerat alphabetum Indoſtanum, 51. alphabetum Nagaricum, 53. alphabetum Talenganicum, 53. alphabetum Samſcrdamico Malabaricum, quae omnia in his alphabetis exhibita vide. In quonam igitur praeſtat hoc alphabetum Nagaricum ab ipſis allatum? quamnam ſpecialem vim, & valorem habet? Certe ex his manifeſte patet, viros iſtos reliqua Indica alphabeta aut numquam vidiſſe, aut numquam cum Nagarico contuliſſe, inſpexiſſe, & examinaſſe. Valde etiam alucinantur, dum Nagaricum alphabetum originale, ac per totam Indiam extenſum eſſe aſſeruerunt. Quid enim alphabetum Indoſtanum ſeu Vánárenſe? quid Talenganicum, quid Samſcrdamico Malabaricum, & tot alia, ut Tourutianum, Maquampurenſe, Parabattianum, Nepalenſe, Tamulicum, quorum illa prima tria ipſo Nagarico praeſtant, aut certe in nihilo cedunt, nullius uſus, nullius gentis, nullius regionis ſunt alphabeta? Hoc certe in memoriam revocat illius Angli falſam ſed tenacem opinionem, qua putabat & aſſerebat nullum melius, mitius, & ſalubrius ſolum Anglia, nullam meliorem linguam Anglicana in mundo haberi, ex eo quod ipſe praeter patriam ſuam numquam alias mundi plagas vidiſſet, numquam aliam praeter Anglicanam linguam didiciſſet.

Alphabetum Talenganicum, ut iam ſupra diximus, 53. litteras radicales numerat, & compoſitas tot, quot quis ex radicalibus formare cupit. Obtinet autem in tota Orixae ora, & intra

tra

tra terras omnes in Peninſula Indiae media uſque ad regnum Golkondae, de quo confer *Rennel*, & Mappam Geographicam Indiae Pariſiis per D. Guillelmum de l'Isle publici iuris factam, Grammaticam Talenganicam Bibliothecae Regiae *num.* 223. Sonnerat *cap.* de linguis Indicis, ubi linguam Talenganicam vocabula Samſcrdamica mirifice exprimere, litterarum numero perfectiſſimam eſſe, ſonos denique difficillimos quoſcunque facillime reddere ait, ac proinde alphabetum hoc plus ceteris ad ſcribendum Samſcrdamicum idioma aptum atque idoneum eſſe docet. Non crediidiſſem hoc huic viro linguae alioquin utriuſque imperito, niſi hoc idem auctorem Grammaticae Talenganicae aſſerere vidiſſem, & ego ipſe Talenganicos apices cum reliquis alphabetis Indicis contuliſſem, quibus collatis, certe deprehendi alphabetum hoc egregium eſſe, & cum altero quocunque certare poſſe; tanta in eo eſt litterarum varietas, copia, valor, & poteſtas.

Ultimum denique alphabetum eſt Samſcrdamico Malabaricum noſtrum anno 1772. Romae typis S. Congregationis impreſſum. Hoc obtinet in regno Canara, Carnate, Concam, Mayſſur, Madure, Tanjaor, in tota ora Malabarica & Coromandelica, & hoc ſoli linguae Sacrae Samſcrdamicae proprium ibidem eſt, ac in libris Brahmanicis reperitur. Sunt enim praeter hoc alia etiam alphabeta gentilitia plura, ut Maleàymicum, Carſonicum, Tamulicum, quae quia manca, & multis characteribus carentia ſunt, ad ſcribendam & pronuntiandam Samſcrdamicam linguam non inſerviunt, & dum adhibentur, vocabula, ſonumque eorum non ſolum non exprimunt, ſed etiam intricant, truncant, & corrumpunt. In hoc noſtro alphabeto 53. numerantur litterae ſimplices ſeu radicales, mille centum viginti octo ex iis compoſitae (1), & horum numerus uſque ad decem & amplius millia aſcendere poteſt. Certe P. Ildephonſus a Praeſentatione in codice manuſcripto octo mille & quatuor iam exhibuit, & hic numerus facile augeri poteſt. Ex quo colliges, hoc noſtrum alphabetum cum quocumque alio Indico certare poſſe, atque aptiſſimum eſſe ad linguam Samſcrdamicam ſcribendam & pro-

(1) Huic numero noviter inciſae nunc additae ſunt litterae viginti quatuor.

& pronuntiandam. Colliges etiam hoc alphabetum antiquiſſimum eſſe; nam inſcriptio Samſcrdamica in ſpecu quadam detecta, quam Angli in libro : *Aſiatick reſearches pag.* 279. exhibent, & cuius characteres abſque dubio antiquiſſimos (*the moſt ancient*) eſſe D. Wilkins iudicat & aſſerit, huius noſtri alphabeti litteris, ſeu etiam Samſcrdamico Tamulicis, ac antiquis Indoſtanicis eſt ſcripta, & permixta. Quod cuique qui inſcriptionis illius characteres cum noſtro & Tamulico alphabeto contulerit, facile & ultro patebit. Quare aut characteres illos non ſe cognoviſſe fateatur Wilkins, aut auferat hoc ex libro illo, quod *pag.* 423. ſcribitur, nempe Indicas linguas originaliter characteribus Nagaricis ſcriptas fuiſſe. An vero ſacrum idioma Samſcrdamicum originaliter & primigenie noſtris characteribus in ſuis adhuc incunabulis exsiſtens ſcriptum, & digeſtum fuerit, id ſine bonis & certis rationibus aſſerere non audemus, niſi in re tam obſcura hariolos agere velimus. Cum ex antiquis monumentis certa argumenta ſuppetent, tunc quid de his aliiſque ſit ſentiendum, aut ſtatuendum, ſine errandi & hariolandi periculo dici poterit.

Haec itaque ſunt praecipua eruditorum alphabeta in uſu in omni illo totius Indiae orientalis tractu, qui ex una parte a borea ad auſtrum a Cashgar uſque ad Promontorium Comorinum, & ex alia nempe ab occaſu ad ortum a flumine സിന്ധു Sindhu ſive ab Indo uſque ad flumen regni Siam extenditur, & pluſquam viginti regna, & provincias continet. Hoc etiam fere tractu uſus linguae Samſcrdamicae in libris, liturgiis, orationibus, ſacrificiis, ac ſcientiis altioribus tradendis praecipue viget, quamvis nos certiſſime teneamus, multa vocabula Samſcrdamica cum Brahmanico cultu & religione etiam in Tibetum, in regnum Ava, Pegu, Siam, Sinas & Iaponiam penetraſſe. De quo confer *pag.* 145. & ſequentes eruditae diſſertationis in ſculpturas & ruinas antiqui delubri Màvalipuram prope Sadraſtam : quas ego etiam vidi anno 1776. in libro : *Aſiatick reſearches*, Dow. *Vol.* 1. *diſſert. pag.* 41., *Voyage de Mr. Gentil. Vol.* 1., Knox de religione Ceylanenſium, la Loubere in relatione

ne de regno Siam, Alphabetum Tibetanum *pag.399.* 400. 150. 425.,& praefationem in Alphabetum Barmanorum, ſeu regni Avenſis *pag.*14.15.

Vulgarium linguarum alphabeta in Indiis innumera ſunt, ſeu totidem, quot idiomata popularia ſeu gentilitia in Indiis numerantur (1), quae omnia in medium afferre, & deſcribere noſtri non eſt inſtituti. Tale eſt Nepalenſe, Nagaricum populare, Maráſticum, Canarinum, Carnatenſe, Tamulicum, infimum Malabaricum. Verum cum haec alphabeta manca ſint & litteris carentia, ut noſtra Europaea, quidquid iis ſamſcrdamicè ſcribitur, corrumpitur, & inquinatur, ita ut vocabula Samſcrdamica genuina vix noſcibilia reddantur. Inde tanta nominum eiuſdem ſignificationis corruptio & variatio, ut unum idemque primigenium, & originale Samſcrdamicum vocabulum in diverſis Indiae regionibus ſcriptum, & prolatum, etiamſi ſis linguae Samſcrdamicae peritiſſimus, vix recognoſcas. Nempe hoc contingit linguae ſacrae in Indiis, quod in Europa linguae Latinae accidit. In libris haec eadem ubique eſt, vocabula tamen a diverſis nationibus diverſimode pronuntiantur,quamvis iiſdem characteribus Latinis ubique ſcribantur. Deinde per filiales ſuas Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Luſitanam idem praeiudicium, variationem, diverſam vocabulorum conſtructionem, nominum declinationem, verborum coniugationem, ac pronuntiationem patitur, & procedit eodem modo, quo in India mater ac ſacra antiqua & originalis lingua Samſcrdamica. Quare unum hic attente eſt advertendum: nempe nomina, quae marem ſignificant, gentilitio Malabarico, & Tamulico more plerumque in litteram ന് n finale exire, feminina in a vel i, neutra apud ipſos in o ſeu m finalem apertam, ſubinde vero eamdem naſalem & blaeſam. Sic ബ്രാഹ്മണന് *Brahmanen*, വേദം *vedam*, lex, apud ipſos generis neutrius, ut omnia alia, quae expreſſe maſculum aut feminam ſexu diſtin-

 ctam

(1) Plura Indica alphabeta afferunt Encyclopaediſtae, ſed iis non fidendum, quia manca ſunt. Noſtrum, Tamulicis litteris permixtum, Grandan vocant *tab.15.*

ctam non ſignificant, മച്ചി *matci* femina ſterilis, ഗ്രന്ഥം *grantham* liber, രെബൻ *rèben* homo vilis, & contemptibilis, & ſic de reliquis. Quae neceſſario notanda duximus, ut in decurſu huius diſſertationis pronuntiatio & ſcriptio nominum Samſcrdamicorum more gentilitio Malabarenſi & Tamulico facta, aut facienda, a vero Samſcrdamico, antiquo, & originali modo, quo in vocabulario Amaraſinha exhibetur, diſtinguatur, & dilucide ſecernatur. Nec omittendum hic eſt, linguam Maleàyma dictam, cuius alphabeto hodiedum in inſtrumentis emptionis, & venditionis aliqui utuntur, viginti quatuor tantum characteribus, a praedictis Samſcrdamicis diverſis, conſtare. Ita alphabetum Tamulicum pariter non niſi 28. elementis conſtat, Tibetanum 34., & ſic cetera vulgaria plus minusve notis, apicibus, & litteris deſtituuntur. Ex quo ſane ſequitur, vocabula Samſcrdamica toties corrumpi, truncari, litteras tranſponi, ſonum originalem, valoremque primigenium frangi, quoties defectivis & mancis his vulgaribus alphabetis ſcribuntur. Quod aeque de alphabetis Europaeis omnibus intelligendum eſt. Quomodocumque enim, & quibuſcunque litteris, notis, punctis arbitrariis Europaeis nomina Samſcrdamica exprimere ſatagas, quomodocumque litterarum ſeu characterum originalium Samſcrdamicorum valorem, ſonum, accentum, poteſtatem adumbrare nitaris, ſemper adhuc vis, valor, & ſonus ille ipſis originalis & proprius, mancus, & imperfectus erit, ſincerus denique & genuinus tonus, tenor, & ſonus litterarum numquam bene exprimi poterit. Ratio in promptu eſt, quia ſonus Samſcrdamicus verus & exsiſtens, a noſtris alphabetis omnino alienus, ſono, valori, tono ac poteſtati apud nos non exsiſtenti comparatur, & hoc quod eſt, per id quod non eſt, reddi ac adumbrati adlaboratur. Inde tanta nominum Samſcrdamicorum corruptio, varietas, in ſcribendo uno eodemque vocabulo diverſitas. Nempe alphabeta Europaea iam ex ſe defectiva ſunt; accedit inſuper nationalis ſeu gentilitius cuiuſque gentis peculiaris ſcribendi, & pronuntiandi modus: quo fit ut Angli aliter, Galli aliter, aliter Itali, & Luſitani voca-

cabu-

cabula Indica ſcribant, & pronuntient. Quia vero non eſt noſtrum regulas ſcribendi & pronuntiandi nomina Indica praeſcribere, nos illa linguae Latinae & Italicae ſono, pronuntiationi; litterarum valori accommodabimus, ac more Latino & Italico, in quantum id fieri poteſt, ſcribemus, ac pronuntiabimus. Angli certe in ſuo opere *Aſiatick reſearches* Samſcrdamica vocabula more linguae ſuae & pronuntiationis Anglicae ſcribunt, & quia ut ipſimet *pag.* 13. fatentur, alphabetum Anglicanum non ſolum imperfectum, ſed etiam ad exprimenda Indica nomina ridiculum eſt, hoc alphabeto ea ſcribentes foede corrumpunt, & ita deformant, ut parum noſcibilia ſint, & vix ariolando, quid ſibi velint, dignoſci poſſit. Sic v. g. ipſi ſcribunt

Boroon pro വരുണഃ Varuna. Deus maris, aquarum.

Raabon pro രാവണഃ Ràvana. Rex Ceylan.

Doorjodhon vel Arjoon pro അൎജ്ജുനഃ Argiuna.

Joodiſter pro യുധിഷ്ഠിരഃ Yudhishtira.

Soogot pro സുഗതഃ Sugada; &c. quae vide *pag.* 129.

Ariolus certe ſis, ut haec nomina, prout ipſi ea ſcribunt, dignoſcere, & primigeniae ſuae Samſcrdamicae origini reddere poſſis. Quare hoc tibi certum & indubitatum ſit, vocabula Indica & olim per alphabeta Graeca & Romana corrupta fuiſſe, & hodiedum corrumpi, litteras tranſponi, mutari, ſonum, valorem, pronuntiationem, litteras ipſas truncari, & omnia etiamnum per alphabeta Europaea perverti. Malum eſt hoc omnium malorum maximum, & cui non facile remedium applicari poſſit, niſi eruditi viri inter ſe conveniant & regula aliqua ſtabiliatur, qua tuto & uniformiter Indica vocabula ſcribi poſſint ab Europaeis.. Quod facile fieri poſſet, ſi litteris Samſcrdamicis radicalibus communi calculo ex Europaeis alphabetis certus & fixus valor, ſonus, poteſtas, ac pronuntiatio eruditis ſequenda proponeretur. Ex hoc illud tandem ſequeretur boni, ut mappae geographicae omnes in recenſendis locorum nominibus convenirent, con-

confuſio nominum & in his, & in libris tolleretur, errandi periculum, ſeu unum nomen pro alio ſummendi, & uſurpandi occaſio tolleretur, ac demum certitudo hiſtoriae Indicae facilius & ſecurius ſtabiliretur. Sed his iam ſatis ſuperque.

Lingua Saſcrdamica ſubinde, ſed improprie, dicitur Grantham nempe a libris ex foliis palmae confectis, qui ſamſcrdamice ഗ്രന്ഥം. grantham, in genere neutro more Malabarico prolatum, vocantur, & in quibus lingua haec ſacra continetur. Vide alphabetum Grandonico Malabaricum *pag.* 8. Hoc itaque modo nempe improprio & translato eam vocavere multi, P. Beſchi in praefatione ad dictionarium & grammaticam Tamulicam (1), P. Iohannes Erneſtus Hanxleden in grammatica Malabarica, P. Iohannes a Brito in relatione gentiliſmi regni Concaõ & Mayſſur, P. Clemens a Ieſu in hoc ipſo alphabeto Grandonico Malabarico. Ex quo iterum inferes, vocabulum Samſcrdamicum ഗ്രന്ഥം Grantham, male reddi ſcribendo Grandon, Grandam, Quirendam &c., etenim littera ഗ്ര Samſcrdamica compoſita, & uno tractu implexa proprie noſtrae ſyllabae gra correſpondet, & littera ന്ഥ nth, pariter compoſita ex ന n, & ഥ th, ac uno ut aiunt ductu & apice expreſſa noſtrae ſyllabae nth omnino & ex toto aequivalet ac correſpondet. Tamulici vero qui nec litteram ഗ്ര gra, nec nth, in ſuo alphabeto habent, litterae ഗ g deficienti litteram க k lenem ſubſtituunt, ac eam vocali ſeu ſigno vocalis ി ſuperius notant, unde fit கி ki tum litteram ர r Tamulicam addunt, fitque கிர kira; exinde litteram h poſt nt omittunt, quia eadem carent, vel potius loco ഥ th fortis litterae, qua deſtituuntur, molli & leni d, aut etiam ſimplici t, vocabulum hoc ſcribunt, fitque ex eo Kirendam. Quo nempe vocabu-

(1) Vide Grammaticam Latinam Tamulicam auctore R. P. Conſtantio Ioſepho Beſchio. Trangabariae 1728. *pag.* 30. §. 6.

Digitized by Google

cabulo corrupto uſus eſt ſupra citatus Ziegenbalgius, & alii qui latinis characteribus Grandon vel Grandam ſcripſerunt. Quamvis itaque lingua Samſcrdamica improprie, ut diximus, Grantham, & non Grandon dici poſſit, nempe vocabulo a libris deſumpto, attamen, quia hoc verum, ſincerum, & genuinum ac originale illius vocabulum non eſt, neceſſe eſt, ut illud ex ipſo vocabulario ſublimi Brahmanico Amaraſinha dicto depromamus.

Huius vocabularii exemplaria tria ad manus habeo. Unum antiquum a Brahmane quodam in foliis palmae Panà dictae minutiſſimo charactere Samſcrdamico Malabarico deſcriptum. Alterum ego ipſe ex vetuſto codice Franciſci Texeira indigenae Malabarici linguae Samſcrdamico-Malabaricae peritiſſimi viri deſcripſi. Tertium denique omni auro pretioſius exemplar huius vocabularii primitus verſibus compoſiti, manu ipſius ſublimis & ſacrae linguae peritiſſimi viri Rev. Patris Iohannis Erneſti Hanxleden deſcripum habeo. Duo huius Indici codicis exemplaria inter codices manuſcriptos bibliothecae Regiae Pariſienſis *n.*42. & *n.*244. recenſentur, uti videri poteſt in catalogo codicum manuſcriptorum eiuſdem bibliothecae, quem mihi Pariſiis eruditus vir Bartholomaeus Mercier, olim bibliothecae S. Genovefae cuſtos communicaverat, & ad quae exemplaria inſpicienda & examinanda ego ipſe ad bibliothecam Regiam acceſſeram. Huius vocabularii etiam meminit Anquetil du Perron *tom.*1. *in appendice n.*110.,ubi corrupto nomine illud Amatkosh vocat. Eius etiam meminere auctores diſquiſitionum Aſiaticarum (*Aſiatick reſearches*) *pag.*354.

In hoc itaque vocabulario idioma Samſcrdamicum സംസ്കൃതഃ Samskrda ſcribitur. In hac voce, littera, o m eſt naſalis, സ്കൃ skr eſt compoſita & implexa, ത eſt noſtrum t, ſed lene & leviſſimum, ita ut ex natura genuinae pronuntiationis dum latine ſcribitur littera d ſcribi debeat. Sed textum ipſum afferamus. In prologo ad hoc vocabularium ſtropha prima ſeu octaſtichio ita dicitur: സംക്ഷിപ്തൈഃപ്രതി സംസ്കൃതൈഃ *Samkshiptei pradi Sams-*

Samskrdei . Quod in tertio caſu Grandonico ſeu Samskrdamico poſitum, ſi ad primum ſeu ad പ്രഥമ വിഭക്തി prathama vibhakti, noſtrum nempe nominativum reducatur, erit സംസ്കൃത *Samskrda*, & ſi huic voci Malabarico aut Tamulico patritio ſeu gentilitio modo prolatae, cum nomen hoc neutrum ſit, littera ം m finalis addatur, erit സംസ്കൃതം *Samskrdam*, idioma nempe Samskrdamicum, litterale, ſacrum Brahmanicum, de cuius vocabuli etymologia agitur.

Hoc itaque aut parum abſimili modo illud ſcribit Stephanus Fourmont, Anquetil du Peron, Sonnerat, P. Beſchi, P. Clemens a Ieſu, P. Ildephonſus a Praeſentatione, Auctor grammaticae Talenganicae, P. Iohannes Hanxleden, P. Vincentius a S. Catharina Senenſi, aliique bene multi, & hoc ſane modo nempe Samskrda, & non alio ſcribi & pronuntiari debet. Quocumque alio modo ſcribatur & pronuncietur, abſque dubio falſum & erroneum eſt, qui error aut ex corrupto gentilitiae Indicae linguae vocabulo, aut ex ignorantia & defectu linguae & expreſſionis eius certiſſime derivat.

Eſt autem Samskrda സംസ്കൃത nomen compoſitum ex സം sam, & കൃത krda. സം sam in lingua Samskrdamica ſimul, iunctim, unitim, ſeu coniunctionem ſignificat. Sic verbi gr. സംഭാഷണ *sambhashana* colloquium, ſimultanea duorum collocutio. സംവാസ *samvâſa* cohabitatio, duorum ſimul habitatio. സംശ്രവ *samshrava* conſenſus, annutus, aſſenſus unius in alterius vota, preces, iura, & ſententiam. കൃത krda res facta, perfecta, accurate diſpoſita. കൃത്യ krdya res facienda, accurate perficienda, ordinanda. Adde nunc inter സം sam, & കൃത krda litteram സ s copulativam, quae

ex

ex regulis grammaticae, copulationis gratia, in plerisque nominibus tamquam copula vel littera completoria interponitur, & habebis സംസ്കൃത *Samskrda*, id eſt res ſimul digeſta, perfecta, accurate coordinata, numeris omnibus abſoluta. Itaque idioma Samskrdamicum nihil eſt aliud, quam idioma perfectum, accurate digeſtum, numeris omnibus abſolutum, Ita pariter ferculum bene praeparatum, exquiſitum, aut bene conditum *samskrdam* dicitur, ut in eodem vocabulario cap. ſeu ſectione *Samkirna varggam*, ſive inter vocabula miſcellanea, videri poteſt. De huius nominis etymologia etiam convenit P. Clemens a Ieſu in Alphab. Grandonico Malab. *pag.* 5., & auctores libri *Aſiatick reſearches pag.* 422. Ex quo iam recte & certiſſime inferas, vocabula Hanſcret, Samſcreet, Samſcret, Samſcrit, Shanſcrit, Sanſcroot & alia corrupta, falſa, erronea, & reiectanea eſſe.

De litteris, ſeu notis Samſcrdamicis ം & ഃ confer Alphabetum Indoſtanum *pag.* 43. & 45., Alphabet. Grandonico Malabaricum *pag.* 24. 25. 71., *Aſiatick reſearches pag.* 20., item grammaticam Tamulicam P. Beſchi.

Vocabulum Samſkrda ſcribitur समस्क्रीत Samſcrit in idiomate & alph. Indoſtano ſeu Vanàrenſi, & Sanſcrit in Nagarico. Verum ex etymologia vocis കൃത *krda* iam conſtat in illis idiomatibus gentilitiis eam corruptam fuiſſe. Tum regula generalis linguae ſacrae eſt, ut conſonantes poſt ſe അ a अ a vocalem, non autem i ഇ vel इ i vocalem natura ſua congenitam, & ſubintellectam habeant. Ex quo arguendum eſt male ibi notam ʅ appoſitam fuiſſe. Adde quod omnes meridionales Indiae Brahmanes Samskrda legant, nempe Telugici, Carnatenſes, Maràſtici, Malabarici, Tamulici, Tanjaurenſes, ac cumprimis celeberrimi magiſtri & doctores univerſitatis Triciur in Malabaria, quae hodiedum florentiſſima eſt, & Regem Coccinenſem, ac Travancoren-

corenſem patronum ac protectorem habet. In hac antiquarum Brahmanicarum ſuperſtitionum haud interruptus vigor, ſcholae, ſectae, opiniones, ſcientiae aſtronomicae, legis & linguae ſtudium non interruptum exsiſtit. Numquam ego ab his Brahmanibus Sanſcrit, ſed ſemper Samskrda pronuntiari audivi; nempe hoc etymologiae illi proprium & congenitum eſt.

II. Quid vero paucis de praeſtantia huius idiomatis, ſimul ac de eius difficultatibus, quibus obſeptum eſt, dici poteſt? Omnia fere vocabula excogitabilia poſſidet, ſi ea duntaxat excipias, quae noviſſime artibus aliquibus, ſaeculis his ultimis inventis, data fuerant. Immenſa pene & infinita adeſt nominum & verborum copia, ingens terminorum theologicorum, philoſophicorum, naturalium, phyſicorum, grammaticalium, ſcientificorum farrago. Et hos iam ab antiquiſſimis temporibus poſſidet, quibus Europa vix logicae, phyſicae, metaphyſicae, & theodotiae notiones habebat, ac hos terminos cognoſcebat, utpote qui longe poſtea in ſcholas fuere invecti, a Graecis derivati, qui & ipſi eos ex Brahmanica ſchola ſine dubio acceperant. Confer de his Thomam Raynal tom. 1. de commercio Indiae (1), Niebuhr *pag.* 43. (2), *Aſiatick reſearches pag.* 422. ubi haec habentur: *The ſanſcrit language, whatever be its antiquity, is of a wonderful ſtructure; more perfect than the Greek, more copious than the Latin, and more exquiſitely refined than either; tum pag.* 425. *& alibi*. Exiſtimant hi auctores, omnes Graecorum philoſophorum opiniones, dogmata, & ſectas ex Brahmanica ſchola profluxiſſe, aut ſaltem intimam cum ea affinitatem habere. Quod ad verborum & nominum copiam ſpectat, ea certe ingens eſt, &, ut diximus, pene infinita, quamvis haec nomina & verba abſtractive a quacunque declinatione aut coniugatione, ac ſolum prout in radice ſunt ſpectentur. Sic nomen Dei Shiva in Amaraſinha 46. vocabulis exprimitur, totidem fere nomen Dei Brahma, 40. vocabulis Dei Vishnu, 28. aut pluribus nomen ſolis, avis in genere 20., domus 20., vocis in genere duodecim, hominis duodecim, & ſic plus minuſve de ceteris, ut in praedicto vocabulario Amaraſinha &

(1) Hiſtoire philoſophique du commerce de deux Indes *vol.* 1.

(2) Niebuhrs Reiſebeshreibung Zweyter Band. *pag.* 43.

(3) *Aſiatick researches. pag.* 422. 425.

& വ്യാകരണം Vyàgarana videri poteſt. Quo fit, ut hoc idioma comparatu difficile ſit, facile vero, ac ſummopere idoneum ad carmina & poemata componenda. Quare etiam fere omnes Brahmanum libri, ne ipſis quidem medicis & aſtronomicis exceptis, verſibus ſunt conſcripti, & rari omnino illi, quos proſa compoſitos reperire poſſis. Abundat praeterea idioma hoc elegantiſſimis adverbiis, particulis variis, interiectionibus, exclamationibus, poſtpoſitionibus, epithetis omnis generis, vocabulis 7, aut 8 ſignificationes habentibus, particulis copulativis, & certo ubique numero, ordine, ac energia, quae poematibus praeſertim epicis, quale eſt *ràmayenam*, & *yudhiſtiram*, maieſtatem, gratiam, verſibus elegantiam, metro ſingularem ſuavitatem, & neſcio quid nobile, ac auribus gratum ubique inſinuant, & linguam hanc etiam iis ultro commendant, qui illam nequaquam callent. En aliqua hic exempla.

പരമഭുവനേശ്വരിനരകുലശിവംകരിഭവദുതവ
വൃഷശവിഗുണോരം

വദസിയദികിഞ്ചിദപിദധരുചിഗൌരകൃതിഹരതിമി
രദതിമിരമതിഘോരം

പുണ്യശീലെപ്രസൂപുണ്യശീലെ

Parama bhuvanèshvari naragula shivangari bhavadu tava vrthusha vigunòram,

Vadaſi yadi kincida bidahda ruci gau mudlharati yaratimira madi ghòram.

Punya shilè prasù punya shilè.

Aliud carminis Samſcrdamico-Malabarici exemplum, quod പർവ്വം *parvam* dicitur, tale dari poteſt.

ബാലക പ്രിയെ ദൈവമകുടമണി ഗുണാ
ശാലിനി ചാരുശീലെ വത്സല മറിയമെ
കന്യകെ ലോകനാഥെ ദുഃഖിത ജനശോക
ഹനനി മമ പീഡാഹാരിണി മഹാ ശുഭെ

Bàlaga priè deiva maguda mani gunà
Shàlinì ciàru shìlè vatſala Mariamè
Kanyaguè lòga nàthè dughida gena shòga
Hananì mama pìdhà hàrini mahà shubhè

Iuventutis tenerae amatrix, divinae coronae lucidiſſimus unio, gratiarum rivus, amabiliſſima ac beatiſſima Virgo Maria, mundi domina, afflictorum conſolatrix, meae triſtitiae deſtructrix, feliciſſima Virgo! In vita S. Thereſiae Virginis verſibus ſcripta.

Hic iam me tacente colligis, harmoniam in primas ſyllabas utriuſque verſus, & ſubinde etiam in ultimas cadere.

Aliud alterius carminis exemplum gentilicum.

ശുകതരുണി ജനമണിയും മണിമകുടമാലികെ
ചൊല്ലെടൊ ചൊല്ലെടൊ കൃഷ്ണലീലാമൃതം.

Shuga taruni gena maniyum mani maguda màliguè
Cioledò cioledò Krshna lìlàmrdam.

O iuvenis Pſittace, tu corona hominum, & huius coronae ſuprema gemma,
Dicito, dicito Dei Kreshna ludos & actiones!

Ita in bhishma parvam.

Haec Samſcrdamico Malabarica ſunt, nunc mere Samſcrdamica ſine ulla admixtione alieni idiomatis exempla proferamus.

അനന്തശാസ്ത്രംബഹുവെദിതവ്യം
അല്പശ്ചകാലെബഹവശ്ചവിഘ്നാഃ
യത്സാരഭൂതംതദുപാസിതവ്യം
ഹംസൊയഥാക്ഷീരമംബുമിശ്രം

Ananda shàſtrami bahu vèdi tavyam
Alpèsza kàle baha pashva vigghna
Yal ſàra bhùdam tadu-pàſi tavyam
Hamſo yatha kshìra mambu mishram.

Ea eſt ſcientiae infinitas, ut pauco annorum numero comparari nequeat, quare eſſentialia & meliora diſcernenda, & comparanda, ut cycnus aquae innatans, meliorem & potiorem aquam diſcernit & bibit.

സ്വാമ്യമാത്യൌജനപദൌദുൎഗ്ഗകൊശൌബലംസുഹൃൽ
പരസ്പരൊപകാരീദംസപ്താംഗംരാജ്യമുച്യതെ.

Svàmya madyó gena padò durgga koſzò belam ſuhrl
Paraſparobagàrìdam ſaptàngam ràdya mucidè.

Dominium, bonum conſilium, extenſio regionis, arcium ſeu municipiorum opulentia, & militaris fortitudo, verus amicus, reciproca cum finitimis regnis bona intelligentia, ſunt ſeptem vera regni ſuſtentacula.

Ita in vyàgarnam. ſtropha 1. ad finem.

കൃതസാരസാരംശിഷ്യാണാംക്ഷേമാദിസാരസാരം
ഇതി ക്രമാ യൊഗസാരം അനെകന്ത ദ്രുതലെ വിഹാ
യൊഗസാരം

 Tatra

Tatra du sànandànam shishyànam mandalàni sànandànam
Atta mahà yogànàm avaderu bhùdalè vihà yogànam.

Tatra, *ibi*, àtta, *perfectl liberique coetus magnorum, ac venerabilium*, mahà yogànam, *caelicolarum* vihàyoganam, sànandànam, *gaudio & gratia affecti*, Sananda *nomine ſancti poenitentis viri ac magiſtri, diſcipulorum coetus in hanc terram deſcendit* ſanandànam shishyànam mandalàni bhudalè avadèru.

In epico poemate yudhishtira

സമിദിഃ തുഷ്ടാവ ച സ ഗദാധരം ഗൽഗദേന തുഷ്ട
വചസാ

ജയ ജയ പങ്കജ നേത്ര പ്രസീദ വിധ്വസ്ത ഭക്ത പങ്കജാനേ
ത്ര

Samidi tushdàva cia ſa gadà dharam galgadèna tushda vaceſa
Geà geà Pangagia nètra praſida vidhvaſta bhakta pangagianè atra.

Gaudens & laetabundus ille coetus prae exſultatione fluentibus lacrimis voce interrupta & ſingultiente Deum Vishnu (nempe ſub forma Krshnen) *adoravit dicens: geà, geà! io lo! adorare oculos habens nymphaeae flori ſimiles! hic derelictorum devotorum coetui, congregationi peccatis obnoxiae, ſolamen eſto, gratiamque tuam illi tribue*.

In poemate epico yudhiſtira vigeam cap. ſexto, ſtropha 128.

Praeter haec & alia plura ad elegantiam idiomatis & verſuum Samſcrdamicorum demonſtrandam afferre poſſemus. Verum elegantia haec & maieſtas infinitis pene idiomatis difficultatibus, veluti roſae ſpinis acutis, ſunt obſeptae. Certe quidem praeter verborum copiam & difficilem eorum conſtructionem, ipſe ſcribendi & conſtruendi modus inſuperabiles difficultates faceſſit. Nulla puncta, nulla commata, nullae interpunctiones in contextu reperiuntur, quin etiam ultimae vocales alicuius vocis in vocalem primam ſequentis tranſeunt, eliduntur,

mutan-

mutantur, & ex duabus tertia aliqua exſurgit. Subinde litterae, ut aiunt, completoriae, inter utramque vocem ponuntur, ut ita nec vocis principium, nec finem dignoſcere poſſis, cum omnia velut catenarum annuli inter ſe teneant, & non niſi a peritiſſimo aliquo invicem diſcerni & ſeparari poſſint. Profecto non male huius linguae difficultates, eiuſque ingentem copiam nominum Balgovinda Brahman apud auctorem Alphabeti Indoſtani *pag.* 105. confitebatur, & Krshna Brahman magiſter meus, quamvis centum diſcipulos Brahmanes numeraret, & docendi officium iam 15. annis exercuiſſet, novas ſe quotidie difficultates, novas verborum & nominum elegantias ſe reperire dicebat. Denique dum Kàshinàtha Brahman a D. Winkins interrogatus fuiſſet, quidnam de grammatica maiori Brahmanica ſentiret, reſpondiſſe fertur: eam eſſe ſilvam inexhauſtam ſine dubio & obſcuram. *vide pag.* 351. *Aſiatick reſearches*. Adde his ingentem copiam terminorum abſtractorum & metaphyſicorum, qualem numquam, aut certe numquam metaphyſica & theodotia ſive Aegyptiaca, ſive Graeca, ſive Romana, ſive denique ipſa noſtra ſcholaſtica theologia poſſedit, aut certe tarde in ſcholis ſuis adoptavit.

സൃഷ്ടി ſrſzti creatio, creatura, res creata.

സൃഷ്ടത്വം ſrshtatuam. actio creandi.

സൃക്‌ vel സൃഷ്ട്‌ ſrka, vel ſrshta, creator.

സത് ſal, exſiſtentia

സ്വയംഭൂത്വം ſuayambhutvam, aſſeitas.

സൎവ്വവ്യാപ്തി ſarvavyàbti, immenſitas.

സൎവ്വചാരുത്വം ſarvaciàrutvam. omnis perfectio.

അവ്യക്ത്‌ avyakta res, ens ſimplex, indiviſibile.

അദ്വയ്‌ advaya, nemini ſecundum.

സ്വത

BIBLIOTECA NAZ.

സ്വതസ്സത്ത ſuada ſatta, per ſe exsiſtens.

അനാദ്യഃ anàdya, ſine principio, aeternum.

അപരിച്ഛേദ്യഃ abaricèdya, indefinibile.

ത്രിത്വം trituam, trinitas.

ഭൂതഃ bhùda, elementum, prima materia.

അക്ഷയഃ akshaya, incorruptibilitas.

ലഘുത്വഃ leggutva, celeritas.

സാദൃശ്യഃ shàdrshya, ſpecies, imago, ſimilitudo.

അരൂപ arùba, ſine forma, immaterialitas, ſpiritualitas.

സൎവ്വകാരണഃ ſarvakàrana, cauſſa univerſalis.

നാസ്തി nàſti, privatio, nihil, inexsiſtentia.

നാസ്തികത nàſtigada, atheiſmus.

പാഷണ്ഡഃ pàshànda, atheus. &c. &c.

Ex his ſane, & iis quae ſupra diximus luculenter conſtat, non ſolum idioma Samſcrdamicum ad quidquid tractandum praeſtantiſſimum eſſe, ſed etiam luce clarius evincitur ante Chriſtum natum, & ſaeculo iam Pythagorico inter Brahmanes ſtudii vigorem, ſcientiarum & artium culturam, opinionum pugnam, ſyſtematum varietatem, ſectarum philoſophicarum & religioſarum diverſitatem ac multiplicitatem, tribuum & artium diſtinctionem, gentis cultum, logicae & metaphyſicae acerrimum ſtudium, religionis denique & philoſophiae vim certiſſime obtinuiſſe (1). Ad quid enim haec farrago nominum, tot metaphyſici ter-

(1) Clemens Alexand. *lib.*1.*Strom.* ait Thales autem cum eſſet Phoenix genere, etiam cum Aegyptiorum prophetis congreſſus eſſe dicitur: ſicut etiam Pythagoras cum iis ipſis, per quos etiam fuit circumciſus, ut adyta ingrediens Aegyptiorum myſticam diſceret philoſophiam: & cum Chaldaeorum & magorum verſatus eſt praeſtantiſſimis. Plato autem non it inficias, ſe ea quae ſunt praeſtantiſſima in

termini, tam ſubtiles diſtinctiones, tam locuples linguae vocabularium in omnis generis ſectiones diſtinctum, tam ordinata & regularum varietate ac correctiſſima ſyntaxi admirabiliter adumbrata grammatica, ſi ante, vel in ipſa ſacri idiomatis nativitate, nullum erat ſtudium, nullae ſcientiae, nullae artes, nulla ſectarum & opinionum pugna, nulla religionis dogmata, nulla philoſophiae placita, nullum linguae ſtudium, nulla ſcientiarum & artium cultura? Certe haec omnia incomprehenſibilia, vana, & ſto-

in philoſophia mercatum eſſe a barbaris, & fatetur veniſſe in Aegyptum . . . atque mihi quidem videntur (*nempe barbari*) cum ſenſiſſent magna, quae per ſapientes conferebantur, beneficia, & eos coluiſſe, & publice eſſe philoſophati, & Brachmanes univerſi, & Odryſae, & Gelae. Diogenes Laertius *in prooem. lib. de vitis philoſophorum*. Philoſophiae munus nonnulli dicunt coepiſſe a barbaris, fuiſſe enim apud Perſas quidem Magos, apud Babylonios & Aſſyrios, Chaldaeos, & Gymnoſophiſtas apud Indos. Clemens Alex. *lib.* 1. *Srrom.* Alexander autem in libro de ſymbolis Pythagoricis refert Pythagoreum Gallos (*idest Aegyptios circumciſos*) & Brachmanes audiiſſe. Plinius *lib.* 6. *cap.* 17. Patefacta eſt India non modo Alexandri magni armis, regumque qui ei ſucceſſere, circumvectis etiam in Hyrcanum mare, & Caſpium Seleuco & Antiocho, praefectoque claſſis eorum Patroclo: verum & aliis auditoribus Graecis, qui cum Regibus Indicis morati ſunt: ſicut Megaſthenes, & Dionyſius a Philadelpho miſſus, ex ea cauſſa vires quoque gentium prodidere. Clemens Alexand. *lib.* 1. *Strom.* §. 132. *editionis Venetae*. Apertiſſime autem ſcriptor Megaſthenes, qui vixit cum Seleuco Nicatore ſcribit in tertio rerum Indicarum: omnia quidem, quae de natura dicta ſunt a veteribus, dicuntur etiam ab iis, qui extra Graeciam philoſophantur, partim quidem apud Indos Brahmanes, partim vero in Syria ab iis qui vocantur Iudaei. Strabo *lib.* 15. *geogr.* Brachmanes iſtos philoſophos ante urbem in luco degere, intra mediocrem ambitum quo cingantur fraugaliter vivere, ſuper toris ac pellibus iacere, animalibus ac venere abſtinere, ſeriis ſermonibus intentos, & cum volentibus audire communicantes, plurimas eorum de morte diſputationes eſſe. De multis vero cum Graecis ſentire, ut quod mundus ſit ortus & interiturus, & ſphaericus, & quod adminiſtrator & conditor eius Deus univerſum eum pervadat. Univerſarum rerum primordia diverſa eſſe, mundi autem aquam, & praeter quatuor elementa quintam quamdam naturam (*nempe aetherem*) eſſe, ex quibus caelum aſtraque conſtent. Terram in medio ſitam univerſi, de ſemine, de anima aliiſque ſimilia eos dicere. Texere etiam fabulas quaſdam, quemadmodum Plato de immortalitate animae, & de iudiciis quae apud inferos fiunt. Arrianus *de expedit. Alexandri M. lib.* 7. *& in Indicis*. Diſtinguuntur Indi omnes in ſex potiſſimum genera hominum: quorum alii ſophiſtae appellantur numero quidem reliquis inferiores, ſed honore & gloria praeſtantiſſimi. Vaticinantur autem de temporibus anni &c. Porphyrius *de abstinentia lib.* 4. *c.* 7. Brachmanes omnes ſunt unius generis, Samanaei ex omni Indorum gente collecti. Fructus, poma, lac, oryzam comedunt, aliud vero ex animatis deguſtare, vel tangere immunditiae extremae atque impietati non diſſimile apud ipſos habetur. Confer etiam Palladium Gallatam *de gentibus Indiae*, & S. Ambroſium *de moribus Braahmanorum* tom. 5. ed. Rom.

& ſtolida forent, & aut nos, aut antiquos Brahmanes prorſus fatuos; & mentis inopes fuiſſe, ſupponerent. Aut enim hae ſcientiae apud ipſos revera exſtiterunt, & hoc nos credamus neceſſe eſt, aut ſolis rerum terminis ſine aliqua cognitione earum luſerunt, & hoc incredibile eſt, atque hodiernae rerum experientiae contradicit, qua & ſectarum, opinionum, librorum, fabularum, philoſophiae, diverſi religioſi cultus certa veſtigia adhuc cernimus, immenſam pene notionum & rerum copiam admiramur, atque in rerum & vocabulorum evolutionem ac explanationem non ſolum non attingimus, ſed in iis plerumque perdimur & abſorbemur. Quod ſcite mordaciſſimus, ſed non ineruditus auctor diſquiſitionum philoſophicarum in Aegyptios & Sinenſes obſervavit (1). Ceterum linguam Samſcrdamicam iam ante Chriſtum natum in inſcriptionibus monumentorum obtinuiſſe, ex iis quae auctores Aſiaticarum diſquiſitionum *pag.* 123. 143. 279. alibique adferunt, iudicare potes. Ibi enim inſcriptiones hac lingua exaratas ſive in laminis cupreis, ſive in columnis antiquis, ſive in ſpecubus ſacris detectas, erutas, & in Anglicum idioma translatas exhibent, & quamvis illa quae in oppido Mongueer in lamina cuprea inventa fuit, non ad annum 23. ante Chriſtum natum, ſed ad 67. poſt principium aerae noſtrae vulgaris probabilius ſit referenda, ut Brahmanes aliqui *pag.* 143. ſagaciter, & ſecundum id, quod mihi verius videtur, obſervarunt, ex ea tamen & aliis, ac praeſertim ex illa quae *pag.* 279. adfertur, certiſſime deducitur, linguam Samſcrdamicam ante Chriſtum natum & generaliter viguiſſe, & eruditorum linguam fuiſſe, utpote qua in ſcientiis tradendis, & monumentis inſcribendis uſi fuerint. Id quod mirifice cum iis quae nos ſupra diximus, & infra dicemus, concordat. Ex iis etiam monumentis apparet, eam iam tunc pro varia regionum, & gentilitiorum alphabetorum ratione varie ſcriptam & pronuntiatam fuiſſe, cum monumenta illa diverſa nec eoſdem ubique characteres, nec uniformem nominum Samſcrdamicorum ſcriptionem & pronuntiationem ubique exhibeant.

III. Quod

(1) Recherches philoſophiques ſur les Chinois; a Berlin chez Decker 1773. *vol.* 2. *pag.* 95.

Digitized by Google

III. Quod ad originem huius linguae attinet, ea omnino incerta eſt, & fabuloſa. Si Brahmanicae fabulae fides praeſtanda eſſet, ſane ſequeretur eam cum ipſo mundo incepiſſe, ac inſtitutam fuiſſe. Fingunt itaque Brahmanes ſupremum numen ഈശ്വരഃ *Ishvara* (quod Dominum ſignificat) in ipſa creatione mundi imaginationis vi, virtute ſua energetica, ac creationis perficiendae deſiderio vehementer exarſiſſe, feminaeque potiundae ardore totum conflagraſſe. Quo ardore incenſus cum abriperetur, illico a tergo, ſive ex latere ipſius ennata eſt mulier ശക്തി *Shakti* nomine, quod lingua Samſcrdamica citra omne dubium potentiam, vim, virtutemque ſupremam ſignificat. Hanc maſculus Deus Ishvara ſibi ſtatim uxorem deſpondit. Primus itaque ſermo, primum quod dominus hic & creator verbum protulit in creatione rerum, eſt Hum, & Deae Shakti reſponſum, Om. Generationum enim & productionum perficiendarum amore incenſus, ac creationis opus aggrediens ad Shakti ait: ഹും *Hum*, id eſt interrogative *Viſne*? cui Dea reſpondit: ഓം *Om* vel ആം *ám*; quod utrumque ſignificat: *ita*, *omnino*, *volo*, *fiat*, *amen*. Ad quam iterum Ishvara dicit: ഹുംനമശ്ശിവായഃ Hum nama Shivàyá, id eſt: Hum, *nonne adoratio Shivae*? (nempe Ishvarae, qui idem ac Shiva eſt:) quod idem dicere vult ac: Hum, anne? nonne? itane, adoretur Shiva? Viſne ut adoretur Shiva? Cui Dea reſpondit: ഓം Om, *ita*, *omnino*, *fiat*, *volo*, *adoretur Shiva*. Unde exſurgit haec celeberrima liturgica oratio: *Hum*, *nama Shivàya*, *Om*, anne, nonne, itane, viſne ut adoretur Shiva? omnino, ita, fiat, volo, adoretur. Haec precatiuncula detracta prima & ultima particula, nempe *Hum*, & *Om*, പഞ്ചാക്ഷരം *Panciàksharam* ſeu 5 litterarum oratio dicitur, & ſectae Shiveniticae, id eſt, quae Ishvara, ſeu Deum Shiva colit, praecipua teſſera, characteriſtica nota, prima, & ſanctiſſima oratio eſt, in qua tota Indorum ſcientia, devotio, & religio conſiſtit, uti etiam

 illae

illae duae particulae *Hum*, & *Om* omnibus Indis & Tibetanis ſunt ſacrae, quas ſemper in ore habent, & quae primum ac praecipuum religionis Indicae ac Tibetanae fundamentum, & gentilicae devotionis baſis ſunt (1).

Compoſita a Deo & Dea, hac prima oratione, Dea Shakti ad Ishvara dixit: ഹുംനാരായണായനമഃ *Hum, Nàràyana nama. Hum, nonne adoratio Narayanae, ſeu Vishnu Deo*? Cui maſculus Deus reſpondit, *Om*, ita, fiat, adoretur. Haec propoſitio ſeu oratio, teſſera praecipua eſt ſectae Vishnuviticae, ſeu illius, quae Deum Vishnu praecipuo cultu proſequitur, eamque ſemper in ore habet, ita ut in periculis, in morte, in infirmitatibus hoc ſemper pronuntiet & oret, neque mane de ſomno ſurgant, quin hanc precatiunculam ad Deum Vishnu dirigant. Ex quibus ſane certiſſime concluditur, hanc ſectae Vishnuviticae, eiuſque religionis cardinem eſſe, uti illa altera ſectae Shiveniticae eiuſque religionis baſis eſt. Ea etiam omnibus Indis ineſt ſtabilis, firma, & univerſalis opinio, duos hos cultus, nempe Shivae & Vishnu Dei in creatione mundi, in ipſo rerum principio a ſupremo Deo Ishuara & Dea Shakti inſtitutos fuiſſe, uti etiam particulas *Hum* & *Om* tunc certiſſime prolatas tenent, quibus duabus particulis ſeu voculis omnia creata, omnia producta fuiſſe perſuaſi ſunt.

Confectis itaque iam his duabus orationibus maſculus Deus, & eius uxor creationis opus proſequentes, per ulterius colloquium, quinquaginta alphabeti litteras, nempe radicales efformarunt, ex quibus conſurgit alphabetum Samſcrdamicum. Inde eſt, quod Indi, quin & Tibetani tantam habeant in has litteras devotionem, tantique aeſtiment, nempe perſuaſi ſunt, has a Deo prolatas, & in ipſa creatione mundi, ut & alias viſibiles res creatas, productas & compoſitas fuiſſe. Similis devotio eſt etiam Tibetanorum in orationem *Hum*, *Mani Peme*, *Om*, quae prima baſis eorum religionis & devotionis eſt, ut apud Indos, *Hum, nama Shivàya*. Hanc uti & litteras a Deo ſuo Cenreſi inſtitutas fuiſſe, & ipſi dicunt, & omnino perſuaſi ſunt. Quae omnia ſerio

(1) Exſtat in Indiis liber qui tractat de virtute harum ſacrarum litterarum, Panciákshara Mahátmam dictus.

rio memoriae mandanda, & attente conſideranda ſunt, quia omnium eorum, quae infra dicemus, baſis & fundamentum ſunt. Vide alphabetum Tibetanum *praef. pag.*VIII: *Litteras Tibetani uti prodigioſa quaedam munera e caelo demiſſa venerantur, Deoque Sapientiae* (probabilius Deo Cenreſi creatori) *Gam-Iang, tamquam auctori & artifici principi referunt acceptas &c.* Orationem vero *Hum Mani Peme* a Deo Cenreſi inſtitutam fuiſſe traditur *pag.* 500. Vide etiam Bayerium inter acta *Ac. Petrop. tom.*III., & La Croze *tom.*I. Theſ. epiſt. *pag.*31.

P. Clemens a Ieſu fabuloſam hanc originem huius linguae eodem fere modo, ſed negligentius deſcribit *pag.*8. in Alphabeto Grandonico. P. Ildephonſus in codice manuſcripto, quem Eminentiſſimus D. Card. Antonellius mihi examinandum dederat, ex Pacunar viro gentili et celeberrimo Malabariae poeta eamdem hanc linguae originem refert (1). Quae omnia iterum iterumque notanda admonemus, ex eo quod fabula haec inter gentiles ſit univerſalis, ubique & conſtans credita, antiquiſſima, ac ut poſtea videbimus non ſolum traditionem geneſeos ſeu creationis mundi hiſtoriam obſcuram contineat, ſed etiam notiſſimi & antiquiſſimi cultus Dei Vishnu & Shivae iam plus quam a tribus mille annis in India exsiſtentis principium ſit & fundamentum. Particulas etiam *Hum* & *Om*, eo quo diximus modo & ſenſu, explicandas eſſe, infra demonſtrabimus, non autem eſſe idolum *O Manipa*, quod voluit Kircherus, nec *Manetem haereſiarcham*, quod voluit P. Auguſtinus Antonius Georgius, nec *magicam virtutem* ſignificare, quod voluit P. Horatius Pinnabillenſis, nec invocationem chriſtianam *Kyrie eleiſon* continere, quod voluit la Croze, & Bayerius; neque *arbuſtum* aliquod ſignificare, quod ſomniavit auctor diſquiſitionum philoſophicarum, ſed omnino ad textum Geneſis referri: *dixit Deus*: ut fiat, & factum eſt, eumque corruptum, depravatum, ac fabulis contextum eſſe, infra invicte demonſtrabimus.

(1) Similem confabulationem inter Deum creatorem & Lunam habitam fuiſſe in principio mundi credunt & docent recentes Iudaei in Talmud tractatu Cholin *cap.*3. ex Rabbi Simeone filio Pazzai. Vide *pag.*139. libri: *Riti e costumi degli Ebrei confutati dal Dottore Paolo Medici, seconda edizione, in Venezia* 1742. apud Bartholi. Ibi dialogus inter Deum creatorem & Lunam ipſius Rabbi Simeonis verbis deſcribitur.

Quamvis vero origo linguae Samſcrdamicae fabuloſa ſit, hoc nihil officit eius antiquitati, quin pro ea probat, quia videmus fabulas veris hiſtoriis antiquiores eſſe. Non tamen deſunt argumenta multa, quae evincunt, linguae huius uſum in Indiis antiquiſſimum eſſe. Videatur in Plutarcho libro *de Iſide* vox Mitra vel Mithra, quae ab antiquis Perſis ad denotandum Solem, vel ut Q. Curtius *lib.4. cap.13.* ſcribit, ad ſacrum ignem denotandum adhibita fuit. Videatur in eodem Curtio *lib.8. cap.19.* vox Meron, & Nyſa (1). Inſpiciatur etiam inſcriptio in tabula marmorea Tauri Burgheſiani, quae exſtat in ſuburbanis aedibus Burgheſiae domus ad montem Pincium ſitis, & quam exhibet R.P. Eduardus a S. Xaverio inſignis operum Lactantii editor *lib. ſing. de mortibus perſecutorum pag.46.*, quae ita ſe habet:

NAMA

SEBESIO

DEO . SOLI . INVICTO . MITHRAE

Videa-

(1) Meros, mons Indiae, ſub cuius radicibus eſt Niſa civitas conſtituta. *Ambrosii Calepini Bergomatis Lexicon ex optimis auctoribus collectum. Venetiis 1535.* Nyſa non tam mons, quam civitas in India eſt, a Libero patre, ut refert Strabo, condita, carminibus poetarum celebratiſſima, quae ſita eſt ſub radicibus montis quem Mero (*dicendum Meru*) incolae appellant. Propert.

Indica Nysaeis arma fugata choris.

Idem Lexicon Calepini sub voce Nysa. A Diodoro Nyſa urbs Arabiae dicitur. Sed haec ibi fruſtra quaeritur, ut iam obſervavit de Paw in ſuis diſquiſitionibus philoſophicis. At Nyſa Indica ad montem Meru hodiedum exsiſtit, de qua vide mappam geographicam Rennelli Angli, & librum: *Aſiatick researches tom. 1. pag. 258. Meros is Said by the greeks to have been a mountain of India, on wich their Dionysos was born, and Meru is also a mountain near the city of Naishada or Nysa colled by the grecian geographers Dionysopolis, and universally celebrated in the Sanscrit poems.* Eadem aſſerit Sam. Schmidt in diſſert. gallice edita *de Aegyptiaca Colonia in Indias deducta*, quae diſſertatio ab academia proemio donata fuit. Haec adeo certa ſunt, ut etiam hodie auſtrales Indi devotionis gratia montem Meru inviſere ſoleant; ac proinde Deus Nyſae ſeu Dionyſus ſive Bacchus Nyſaeus bene ab hac Nyſa Indica denominatur, & ibi eius origo ſtatuenda eſt, ut etiam ſtatuitur ab Indis. Quare non Q. Curtium, ſed potius malam fidem ſuam perſtringant illi, qui in hac re perſtringunt Curtium. Deva *samscrdamice* Deus, Deiva divinus, unde graecum Dionyſus ſive Deus Nyſae, vel Divinus Nyſaeus, & Dionyſopolis dei civitas Nyſa, natalis urbs Dei Shiva, Siba Seba vel Sebaſii ſeu Bacni Nyſaei quem Graeci mentito nomine Iovis produxerunt ut bene obſervat Curtius lib.8. cap.19: *Inde Graeci mentiendi traxere licentiam Iovis semine Liberum patrem esse caelatum.*

Videatur Heraclides poeta *in* xII. *de Heraclea*, eum citante commentatore Ariſtophanis in comoedia cuius eſt titulus *aves*, ubi Dionyſium ſeu Bacchum Indicum vocat *Sebaſium* ἀπὸ τῦ σεβάζειν. Nempe *a bacchari*. (1), Cic. *lib.* 2. *de leg.*, ubi ait: *Sebaſius & quidam alii Dii, peregrini iudicati e civitate eiiciuntur*, & Plutarch. *lib. de vita Alexandri M.* ubi Calani Brahmanis nomen a Graecis corruptum fuiſſe aſſerit. Denique ut miſſos faciam antiquos, videatur in Niebuhr *tom.* 2. vox Radya, & Nakshi Rushtram, quas ambas ipſe ex ruinis Perſepolitanis exſcripſit. At ſi ego quidem has voces omnes Indicas & Samſcrdamicas eſſe oſtendero, ex hoc ſolo argumento, ut nunc de aliis taceam, mihi fides debebitur, linguam Samſcrdamicam non ſolum in Indiis perveruſtam eſſe, ſed vocabula eius in Graeciam et Latium pervaſiſſe. Atque ut a vocabulo *Mitra* incipiamus, ut hoc Indicae et Samſcrdamicae originis eſſe oſtendamus, illi, qui erudiri volunt, mecum vocabularium Brahmanicum Amaraſinha dictum, de cuius antiquitate et authenticitate nullum dubium ſubeſſe poteſt, aperiant, et *cap. primo Sorgga varggam* nomen Mitra infallibiliter Solem ſignificare videbunt. En ipſa nomina Solis: *Sùra*, *Sùrya*, *Aryama*, *Bhàskara*, *Tarani*, *Mitra*, *Grehabadi*, *Bhànu*, *Mahira*, etc. inde dici ſolet Mitra prabhà, ſplendor Solis. Sic dicitur in libro Sambhavam *ſeu geneſi rerum.* Mitrende ra^cshmi po-

lum

(1) Sebaziorum utique myſteriorum, iis, qui ſacris initiantur, ſymbolum eſt Deus ſinum pervadens: Deus autem iſte draco eſt. Clemens Alexand. *Cohort. ad gent.* §. 5.

Antiquitas canit, dicens: *Taurus draconem genuit & taurum draco*. Ipſa noviſſima ſacra & ritus initiationis ipſius, quibus Sebadiis nomen eſt, teſtimonio eſſe poterunt veritati, in quibus nempe aureus coluber in ſinum dimittitur conſecratis. *Arnob. lib.* 5.

Sebaſium colentes Iovem, anguem per ſinum ducunt. *Firmicus cap.* 2. *de errore prof. relig.*

Deinde ...... quomodo per vim etiam in forma draconis, cum filia Proſerpina concubuerit (Iupiter), ex qua filius ei Dionyſius natus eſt ..., ait Euſeb. *de praep. evang. lib.* 2. *pag.* 71. *edit. Oxon.*

De Shiva ſeu Sebaſio, de ſerpente hoc, & de Bhadracàli ſeu Proſerpina iſta, denique de nativitate Shri Ramae, ſeu Bacchi aut Dionyſii Indici toto agitur libro Indico *Ràmayánam* dicto, & ex eo, atque ex Pacunar poeta gentili Indico R. P. Ildephonſus *in Cod. manuscript. inter Codices bibliothecae S Congreg. de Prop. Fide*, aliique. Unde Shiva vel Sebaſius exhibetur apud Indos ſerpentibus amictus, vel ſerpentem manu tenens, quod vide in Niebuhr *tom.* 2. Idem Shiva ſeu Sebaſius tauro vehitur. Quid igitur reiecto originali libro Ràmayenam, obſcuris Graecorum de Sebaſio fabulis credam, & hoc numen Graecum, Aegyptium, Perſicum, aut Romanum eſſe exiſtimem? Certe niſi originem huius numinis & illius myſteriorum clarius & certius Indis Graeci exhibeant, ab Indis illud accepiſſe, ſemper credam.

Digitized by Google

lum cellàde vanam pukán, *ne Solis radii ipſum moleſtarent*, *ſilvam ſubintravit*. Mitra ſignificat etiam amicum, de quo vide lexicon Samſcrdamicum R. P. Iohannis Erneſti Hanxleſten linguae Samſcrdamicae peritiſſimi viri ſub voce *Mitra*, item dictionarium Excellentiſſimi D Pimentelii Archiepiſcopi Cranganorenſis, et lexicon P. Biſcoping. Ratio eſt ducta a paritate, quia ut Sol lucet, urit, calefacit, et fovet, ita amici munia ſunt lucere, urere, calefacere, et fovere. Mitra vero ſcribendum eſt ſine additione litterae *b*, quam a Graecis additam fuiſſe credo, ut corrupta etiam fuere ab iiſdem alia Indica vocabula, quod Plutarchus loco ſupra citato fatetur. Male ergo erroris inſimulatur Thomas Hyde, quod Mitra amicum ſignificare dixerit, et peius faciunt illi, qui hoc nomen non niſi Aegyptium eſſe poſſe, dicere ſunt auſi, quos vide in Alphab. Tibet. *pag.* 79. 84. *& ſequentibus*. Iam nunc ſi Shiva tertius Deus Trinitatis Indicae ignem ſignificat et Solem, ut ex epithetis, quae eidem in Amaraſinha tribuuntur, certiſſime colligitur, atque ſi hoc ipſum nomen Shiva noſtris etiam temporibus a diverſis Europaeis corruptum et male ſcriptum fuit, ita ut aliqui more linguae Gallicae proprio Chiva, alii Siba, alii Shiv, alii Seba, et aliqui Angli Shiw, vario denique modo, quod iam Sonnerat *tom.* 1. *art. Chiva* obſervavit, illud ſcriberent; quid ni et antiqui Shiva, Seba, Siba, Sebe, et Latino more Sebeſius, Sebaſius vel Sebazius ſcribere potuerunt? Nomen ſeu vocabulum *Nama* Indicum et Samſcrdamicum eſſe, quis eſt modo, qui neſciat (1)? En exempla: Shri Gaͨnavadiè Namá. Geneſae Deo adoratio; quae prima eſt invocatio ſeu adoratio in capite libri Bhágavadam. Namá Guru. Magiſtro adoratio. Shiváya namá. Shivae Deo adoratio. Nama Pida, patri adoratio. Nárayena nama, Deo Vishnu adoratio. Deva deváya namo namá, Deo Deorum adoratio. Quas formulas vide in capite fere omnium librorum Indicorum, in Alphabeto Malabarico Grandonico *pag.* 20., et in dictionariis ſupra citatis. Eſt ergo ſenſus inſcriptionis Burgheſianae ſupra allatae: Nama Sebeſio: adoratio Sebeſio, ſeu Shivae Deo Soli et vere invicto Mitrae. Multa ſunt, quae hunc ſenſum evidenter evincunt; nam *primo* numen illud dicitur fuiſſe pere-

(1) Vocabulum Nama ſub eadem ſignificatione adhibetur a Tibetanis, quod vide in alphab. Tibet.

peregrinum a Cicerone loco ſopracitato; proinde ſi numen Sebeſius dictum, peregrinum erat, quid ni & inſcriptio & vocabulum *Nama* ſit peregrinum? *Secundo* Shivae Indici Dei vectura & ſymbolum eſt taurus vel bos, quod eius ſtatuas & icones inſpicientibus patebit. *Tertio* Shiva Indicus nempe ut deſtructor, etiam Bacchus eſt, quod nos alibi demonſtrabimus. Iam vero Diodorus *lib.4. hiſtoriae fabul.* de Dionyſiis tractans haec habet: *Traditur quoque alter prior aetate fuiſſe Dionyſius quem aiunt ex Iove natum a nonnulliſque appellatum Sebaſim*. Quod admirabilius eſt, taurus Dionyſiacus apud Graecos vocatur Κάλον Kàlon, & bos vel taurus Shivae Indici Dei dicitur Kàla, bos nempe vel taurus. Unde ait Gentianus Hervetus commentario in Clementis Alexandrini Protrepticon edit. Venetae pag.9: *Ex ea natum Sebaſim ſeu Sebazium aut Zagraeum, qui idem eſt quod Dionyſius*. Et infra: *Bubulcus ergo taurum ſignificabat, ferula Dionyſium. In Graeco autem contextu eſt* Κάλον &c. Poſitis ergo his omnibus indiciis, quid aliud eſt inſcriptio illa Nama Sebeſio, niſi adoratio Sebeſio, id eſt Shivae Deo Indico, Seb, Seba, Siba, Sib, &c. hodiedum a multis corrupte dicto? Aliam fortaſſis dant huic inſcriptioni interpretationem Maffeius & Philippus a Turre, qui ſingulari diſſertatione hoc proſecuti ſunt, ut idem loco citato notat R.P. Eduardus, & *in Alph. Tibet.* doctiſſimus P. Giorgius. Verum Perſicum, aut Latinum numen ipſos effinxiſſe cenſendum eſt, quia Indicas inſcriptiones ipſi numquam viderant. Unde etiam vocabulum Nama eſſe putaverunt Lunam, quo abſurdius nihil dici poteſt. Meron, & Nyſa, id eſt, montis Meru, & civitatis Nyſae Indicae vocabula a Graecis corrupta, hodiedum in Indiis exſiſtentem montem Meru, & civitatem Nayſada vel Nyſadaburam eſſe, probant Calcuttenſes Angli in diſquiſitionibus Aſiaticis *tom.1.pag.258.*, & quamvis ipſi non probarent, vocabularium Brahmanicum Amaraſinha *cap.* Sorga varggam inſpicere ſufficeret. Nam ibi Meru, mons Meru habitatio Dei Shiva ſeu Dionyſii ſcribitur, & ex mappa geographica *Renelli* facile conſtabit, Nyſam ſeu Graecorum Dionyſopolim eamdem eſſe cum Nayſada, Naishada vel Nayſada buram, quod ad litteram urbem Nyſa ſonat, *buram* enim vel *buri* in lingua Samſcrdamica civitas eſt. Quod vero ad Rádyab, Nakshi Rush-

Ruſhtam, & alia, quae a Niebuhr afferuntur, attinet, Rádya abſque dubio Indicum nomen eſt, quod regem ſignificat; ſic Rádja putra filius Regis; Vettata Rádja, Rex Tannor. &c. Ruſhtam corruptum eſſe puto, & ſcribendum Ráshtram, nempe regnum quod centum oppida habet. Ita enim huius vocabuli ſignificatio affertur in vocabulario Amaraſinha, & in dictionario P.Hanxleden. Ex quibus omnibus ſane bene colligitur, linguae Samſcrdamicae uſum vetuſtiſſimum eſſe, & vocabula eius etiam longinquas gentes & regna pervaſiſſe. Verum quidquid ſit de his, ſtatuae certe illae Deorum, Dearumque Indicarum, quarum meminit ex Bardeſane Porphyrius *lib. de Styge*, Freyer *Account of eaſt India and Perſia pag.*135., Thevenot *voyages des Indes pag.*221., Niebuhr *tom.*2. *pag.*42. & 43. & in deſcriptione templi inſulae Elephantae, & Chambers in *Aſiatick reſearches pag* 145. & *ſeq*, non niſi hac lingua Samſcrdamica, & per vocabularium Samſcrdamicum Amaraſinha explicari, & deſcribi poſſunt; & quidquid aliis etiam Indicis linguis nationalibus attingitur, pervertitur, corrumpitur, intricatur. Quod ſane non fieret, ſi lingua Samſcrdamica antiquiſſima et ſtatuis illis coaeva, aut illis anterior non eſſet. Quid quod? inſcriptiones antiquae, quas in cupreis laminis repertas exhibent Calcultenſes Angli, omnes ſunt hoc Samſcrdamico ſacro idiomatae ſcriptae, quod inſpicientibus manifeſte patebit. Libri denique Brahmanici liturgici et vetuſtiſſimi hoc uno idiomate ſunt conſcripti. Adde his inſuperabilem illam pertinaciam Brahmanum pro conſervatione huius linguae, et religionis veteris, quam ne amittant, amittunt potius vitam, ut ego in ultima perſecutione annis 1787.1788. et 1789. a Tipu Sultan Bader contraBrahmanes excitata aperte vidi. Quae ſane omnia ſuadent linguam hanc antiquiſſimam eſſe, et a Brahmanibus maximi haberi. Quis enim adeo ſtultus ſit pro eo mori, & iacturam vitae, bonorum, prolis, et dilectarum coniugum facere, quod non amet, aut cuius poſſeſſio cordi non ſit?

V. His itaque breviter pro antiquitate huius linguae poſitis, iam ad eius maternitatem et extenſionem tranſeamus. Theophil. Sigefrid. Bayer. *tom.*1. *Theſaur. epiſtol. La Croz pag.*18. quem citat R.P. Giorgius praef. in Alphab. Tibet. *pag.*VI. de Tibetanis litteris ſcri-

ſcribens ait : *Tangutica elementa a Brahmanibus eſſe accepta eodem tempore, quo ſuperſtitio Indorum ſeptentrionem Scythaſque pervaſit*. La Croze *epiſt.*42. ad Iohannem Chamberlaynum in eamdem pergit ſententiam : *Vetuſtiſſimae Brachmanum litterae vix aliunde, quam a Perſis, aut ab Aſſyriis repeti poſſunt.. Ceterorum vero Indorum litterae ab iis derivantur, quas Hanſcrit* (voluit dicere Sanſcrit) *appellant, quibus Brahmanes utuntur, quod & ceteras Indorum gentes ſuperſtitiones ſuas ab iis hauſiſſe appareat, Xacamque, qui vanis religionibus orientales plagas obligavit, inter Brachmanes educatum, multa confirment*. Nolumus hic contra La Crozium litem movere, an nempe Perſae a Brahmanibus aut hi a Perſis vetuſtas ſuas litteras acceperint. Mihi illud primum probabilius eſſe videtur, neque ad hoc aſſerendum ſolidae rationes deſunt. Deinde La Crozius ſaltem notare debuerat quaſnam litteras Brahmanes a Perſis acceperint. Ego enim litteras & linguam in Aſia vetuſtiorem Samſcrdamicâ dari non facile ſvadeor. Certe liturgicas litteras & liturgicam Brahmano Samſcrdamicam linguam apud Tibetanos antiquitus obtinuiſſe ſtatim probabo, nemo autem nunc negat Tibetanam gentem antiquiſſimam eſſe. En quid habeat R. P. Giorgius in Alph. Tibet. *pag.*291: *In Indias teſte S. Epiphanio navigavit Scythianus. Indorum errorem, quem vocat S. Ephrem de duobus principiis, a Brahmanibus didicit : ex India demum* IV. *libros, ut eſt apud Archelaum, aſportavit ... erant iſti Brahmanica lingua conſcripti, erant & illi, ſi Aſſemanium de hac re differentem audiamus*; & ſupra : *In Indoſtan tenet Samtapoutra annos fere quatuor. Audit ibi Brachmanem Lecin* (ſcribendum eſt Lekshen) *eoque tradente apprehendit alphabetum tercentum ſexaginta quatuor litteris conſtans; his mercibus dives Tibetum regreditur, ſed cum alphabetum numeroſum nimis, & intricatum, & arduum videretur, rogavit Rex, ut aliud novum captu facilius conderet, illudque modernum compoſuit*. Nequaquam heic mihi eſt animus de epocha qua Samtapoutra interTibetanos apparuit diſputare. Putra, aut Gallico modo ſcriptum poutra, in lingua Samſcrdamica filium ſignificat; ita ut ſamta putra, *filium Samta* dicere velit. Quod Indicum nomen, & inſtitutorem illum Tibetanae gentis Indicum fuiſſe probat, adeoque Scythiano alienigenae minime convenit, nec proinde ad primum aerae vulga-

E ris

Digitized by Google

ris ſaeculum tuto refertur. Aſt quidquid de hoc ſit, nos alia diſſertatione Deo favente demonſtrabimus, Tibetanam religionem, ac proinde etiam linguam liturgicam, iam anno 1400. ante Chriſtum natum Indicam, Brahmanicam, Samſcrdamicam fuiſſe, ac proinde linguam hanc, de qua agimus, non ſolis Indiae limitibus contineri. Et certe ut nunc de conformitate dogmatum taceam, Tibetanae liturgicae orationes & invocationes Samſcrdamicae ſunt. En aliquas. Videatur in primis in Alphabeto Tibet. *pag.* 501. epiſtola ſupremi Lamae ad P. Horatium Pinnabillenſem ſcripta. ༄༅།།ཅ།ན་མོ་གུ་རུ། ༔ Namo Kuru, adoro magiſtrum. Haec adorationis formula eſt, quae tum a Tibetanis, tum a Brahmanibus cuique ſcripturae praeponi ſolet. Hanc Brahmanes ita ſcribunt: നമോ ഗുരു vel നമ ഗുരു namo Guru, vel nama Guru. Id eſt adoretur Ganeſa vel Ga'navadi Deus ſapientiae & ſcientiae, non autem Sciaka, ut voluit ibidem R. P. Georgius. Heic iam vides, loco *g* a Tibetanis *k* poni, quae corruptio eſt linguae Samſcrdamicae, hodiedum in Brahmanicis libris in toto ſuo vigore exsiſtentis. *Pag.* 513. Tibetanus Rabgiam-bá Nga-vang ita ſcribit: ༄༅།།།ཨོཾ་མ་ཎི་པདྨེ་ཧཱུྃ།། Hom Mani Peme hum. Et poſtea: །ཨོཾ་སྭ་སྟི་སིདྡྷཾ། Om-Xa-thi Si-than. Hae duae adorationis formulae manifeſte ex his Samſcrdamicis corruptae afferuntur: ഹും മണി പദ്മേ ഹും Hum, *Mani Padme, hum*. ഓം ശക്തി ശുദ്ധം *Om, Shakti Shudham*. Nempe *Hum*, nonne Mani linguam Padme in Nymphaea? *Hum* nonne? In hac prima orationis formula loco ultimi *hum*, *om* poni debuit, atque tunc vere ſenſus ille prodit, qui reliquis verbis debetur. Sic Hum Mani Padme, om. Nonne Lingam in Nymphaea? Om, omnino, ita, amen. Huius propoſitionis ſenſum hunc, nec alium eſſe, nos infra demonſtrabimus. Secunda vero adorationis

nis formula ſupra allata, eſt: Om! Shakti Shudham. Om! id eſt imperative optative, fiat, omnino ſit, amen, fiat. Shakti Dea nempe Shivae Dei uxor Párvadì vel Bhavàni Shudham, ſancta ſit! ſeu Shakti Dea ſancta ſit, adoretur, amen. Ex his & aliis oratiunculis Tibetanis, quas infra clarius exponemus, liquet idioma Samſcrdamicum ſaltem quoad res liturgicas, in Tibeto ſemper obtinuiſſe, & hodiedum obtinere. Et quidni obtineret, quando Alphabetum Brahmanicum tercentum ſexaginta quatuor litterarum in Tibetum aſportatum fuit? Quod quidem Alphabetum quamvis a populo adoptatum non fuerit, evidenter tamen conſtat ex his oratiunculis liturgicam Samſcrdamicam linguam, vel ſub ipſo illo moderno Alphabeto Tibetano in Tibeto permanſiſſe. Ceterum maternitas & extenſio linguae Samſcrdamicae manifeſtior fiet, ſi in uno Indico vocabulo exemplum, & quidem relative ad Indicas nationes afferamus. Sit itaque

EXEMPLUM

1 ഗണപതി Ga'navadi, dominus, praeſes coetuum, congregationum.

2 ഗണേശഃ Ganésha, vel ganéſa, dominus coetuum.

3 വിനായകഃ Vináyaga, magnus Dominus.

4 വിഘ്നരാജഃ Vighna rágia, rex impedimentorum.

5 ദ്വൈമാതുരഃ Dvaymádúra, duas matres habens.

6 ഏകദന്തം Egadandam, unum dentem habens.

7 ഹേരംബഃ Héramba, vaſtum corpus habens.

8 ലംബോദരം Lambódaram, magnum ventrem habens.

9 ഗജാനനഃ Gaegiánana, vultum elephantis habens.

Haec omnia unius Dei Ganésha nomina ſunt, quae ipſi in vocabulario Brahmanico adſcribuntur. *Primo* vocabulo utuntur

E 2 Mala-

Digitized by Google

Malabarenſes; *ſecundo* Indoſtani, Nagarici ſeu Nepalenſes, Telugici, Maráſtici; *tertio* Tamulici, Mayſſurenſes, Madurenſes, Tanjaurenſes, finitimi Malabarenſes: vocabulum ubique diverſum idem tamen ubique ſubiectum ſignificat, *quarto*, *quinto*, *ſexto*, *ſeptimo*, *octavo*, *nono* promiſcue eruditi utuntur in poematicis ſcripturis, & haec vocabula raro a populo uſurpantur. Ita in omnibus aliis nominibus propriis, & appellativis uſufieri ſolet. ഗണപതി Gaenavadi apud Indos magnum, ubique cognitum, ubique adoratum eſt numen. Hoc alii vulgari ſermone Polleyar appellant. Deus eſt ſcientiarum, ſapientiae, conſilii, fati, matrimonii, numerorum, ſeu computi, & rationum, praeſes cuiusvis honeſtae, & negotia pertractantis congregationis. Fati, maleficii, malae ſortis, iniquae fortunae impedimenta ponit, & ſi adſunt mala, ea tollit, bonum promovet, et malos genios expellit. Mus enim ſive glis, cui numen hoc inſidet, Titan, daemon, ſeu malus genius eſt, in murem transformatus, quem hic ſapientiſſimus Deus devicit, coercuit, & ſibi ſubiecit. Caput elephantinum ſapientiam & prudentiam; proboſcis vires, fortitudinemque ad tollenda mala denotat. Nomen huius Dei ab Indoſtanis characteribus Vanárenſibus गणेश Ganéſa vel Ganésha ſcribitur. ഗണ Gana coetum, numerum, computum, ſeu unius rei aggregatum ſignificat, പതി Vadi, vel Badi dominum. Quod etiam ſignificat ഈശഃ isha, vel iſa. Ex his ergo vocabulis hoc nomen componitur; unde ഗണപതി dominus coetuum, ſeu congregationis hominum, qui de negotio aliquo deliberant. ഗണേശഃ Ganésha, eliſa ultima *a* vocali nominis Gana, & mutata ſecundum regulas grammaticae vocali i ſeu I, ſequentis nominis isha, fit Ganésha; quod itidem dominum coetus denotat. Sic സർവ ſarva, ഈശഃ isha iungendo, facta eliſione & mutatione vocalium ultimae primi vocabuli, & pri-

Digitized by Google

& primae ultimi vocabuli, fit സൎവ്വെശഃ Sarvésha, univerſi Dominus. Ex hac etymologica huius vocabuli analyſi iuxta regulas grammaticae facta, iam recte argues, nomen Gunnis, quod Niebuhr *tom.* 2. *pag* 32. ad hunc Deum deſignandum affert, veram corruptionem eſſe ab infima baiulorum, & piſcatorum tribu, ab idiotis & linguae ſacrae imperitis hominibus factam. Talia vocabula corrupta infinita adfert Sonnerat, Anquetil du Perron, & alii multi, qui ſine cognitione linguarum Indicarum in Indiis ſunt verſati; & corruptas ſuas merces poſtea plenis manibus Europaeis vendiderunt.

Ex his colliges ſecundo, cur omnes Indi eruditi, & omnes gentiles amanuenſes in principio ſuarum ſcripturarum hoc numen ſemper, tamquam in ipſo aditu & limine ſui operis ſalutent, invocent, & adorent. ശ്രീഗണപതയെനമഃ Shri Gaṇavadaye namá, adoratio beato Ganavadi Deo. Et Indoſtani, ſeu Indi Septentrionales: Hum Namà Shiddam, adoratio ſancto, id eſt beato Ganéſa Deo. Colliges tertio: ſignum ര. ഉ, vel ∩. ൟ, vel ∾, ideo omnibus Indicis ſcripturis praeponi, quia proboſcidem elephantis, ſeu Deum Ganéſa ſignificat, & eum repraeſentat. Signum ergo illud, ſignum adorationis; & ſcribae in hunc Deum demonſtrandae venerationis indicium eſt, quod gentiles apponunt in capite cuiusvis ſcripturae, ut opitulante Deo conſilii Ganésha, recta ſapientiae & prudentiae regula in ſcribendo obſervetur, & mali genii, malae tentationes ac mala conſilia a ſcripturis abſint. Cuius itaque ſtomachum non moveant haec ſigna a Miſſionariis quoque adhibita, dum ea paſſim, in alphabeto Indoſtano, & Tibetano depicta, & deſcripta videt? Denique colliges quarto, verum eſſe hoc, quod dicimus; linguam nempe Samſcrdamicam omnibus Indiae populis ſacram eſſe, & in ſuo cultu religioſo ubique, & ab omnibus adhiberi. En ad huius rei confirmationem plura exempla:

VO-

Samſcrdamicum maternum	Indoſtanum	Malabaricum	Tamulicum
ദണ്ഡം danda	dand	dandam	daᶜndam
baculus			
കന്യ kanya	kanya	kaní kanya	kaní
virgo.		kanyaga	kumari
കാരണം kárena	kár	káranam	karenam
cauſſa.			
ഇവം iva	iw	ivam	ivam
ſimilis &c.			
തപസ്സ tabaſſa	tapesja	tabaſſam	tavaſſam
contemplatio			
ശുദ്ധം ſciudha	ſcidd	shudham	ſciuddam
ſanctus purus			
വെദം véda	béd	védam	védam
lex			
വൈരി vairi	beeri	vairi	bairi
inimicus			
ബ്രാഹ്മണം Bráhmana	Brammhan	Bráhmanen	Biràmanen
ശാസ്ത്രം sháſtra	sciáſtr	sháſtram	tciáſtram
ſcientia			
സൎപ്പം ſarpa	ſarp	ſarpam	tarpam
ſerpens			
സ്ത്രീ ſtrí	iſtri	ſtrí	ſtrí
mulier			

സ്ഥാനം

സ്തനഃ ſtana	aſtan	ſtanam	tanam
mamilla			
അൎത്ഥഃ artha	arth	artham	arttam
explicatio			
ധൎമ്മ dharma	darm	dharmam	darmam
virtus bonum opus.			

Ita argumentare de reliquis vocabulis non ſolum Indoſtanis, Malabaricis, Tamulicis, ſed etiam de Talenganicis, Maráſticis, Bengalinis, Canarinis &c., quae omnia inter ſe conveniunt adeo, ut ille, qui bene ſacram & litteralem Samſcrdamicam linguam callet, facile omnia alia gentilitia idiomata intelligat. Omnia enim ab illa deſcendunt, ut facile quis perſuaderi poterit, qui grammaticas & vocabularia harum linguarum nationalium inſpexerit, inter ſe contulerit, aut plures Indicas nationes linguae ſacrae peritus loquentes audierit. Ex quo ſane infertur, quemadmodum lingua Latina Italicae, Gallicae, Hiſpanicae, Luſitanicae, ita Samſcrdamicam reliquarum nationalium Indicarum linguarum matrem, & fontem eſſe. Perſicam modernam, Arabicam, Tibetanam vulgarem aliaſque excipias, quae aliunde in Indias illatae ſunt, & adventitiae ſunt, neque aliquam cum Samſcrdamica connexionem habent. Non loquor autem de infima ac ultima abiectiſſima plèbea harum gentium lingua, quam v. g. ut in Italia peculiarem & vernaculam Genuenſem, Venetam, Bononienſem, Mediolanenſem conſideres, ſed de lingua paullo cultiori, & quae ab eruditis in ſcribendis litteris, ac à gravioribus viris in pertractandis negotiis adhiberi ſolet, & gentilitia alicuius loci, & populi lingua dicitur. Alia enim plebea & infima baiulorum ac piſcatorum lingua, quae ubique corruptiſſima eſſe ſolet, cuius originem & derivationem quaerere, parum noſtra intereſt, neque huius eſt noſtrae diſſertationis ſcopus. Malabarenſes reiecto manco illo linguae Maleyâimicae vulgaris alphabeto, quod 23. litteris conſtat, nunc iam univerſim alphabeto Granthamico ſeu Samſcrdamico utuntur, ac proinde omnia vocabula bene, & abſque corruptione plerique ſcribunt. Tamulici alphabetum ſuum mancum

cum eſſe videntes, nec rite vocabula Samſcrdamica abſque corruptione exprimi poſſe intelligentes, ad defectum illum quoquo modo tollendum, octo Granthamicas litteras in ſuum alphabetum gentilitium populare inſeruerunt, & hae ſunt: ska, ſta, ſtra, ſna, ſva, ſma, ksha, & sha vel ſza lene, quas vide in *Grammatica Damulica R. P. Beſchi Tramgambariae typis Miſſionis Danicae impreſſa pag.*30. §.VI. *de litteris Grandonicis*. Alphabetum Tamulicum etiam adfert Bartholomaeus Ziegenbalg, Sonnerat *tom.*1. *cap. de linguis Indicis*, Encyclopaediſtae *tab.*10. *editionis Liburnicae*, & plura illius exemplaria manuſcripta aſſervantur in bibliotheca regia Pariſienſi, ac bibliotheca S. Congregat. de Propaganda Fide, in qua etiam exſtat *num.*10. Alphabetum Talenganicum, quod nos infra adferemus. Haec itaque de maternitate linguae Samſcrdamicae dicta ſunto, quae tamen clariora fient infra, ubi vocabula plura liturgica omnibus Indicis nationibus communia explicaturi ſumus. Nunc itaque ad explicanda ſigna, puncta, voces, & formulas, quae ſcripturis Indicis praeponi ſolent, tranſeamus; ad quod intelligendum neceſſario aliqua ſunt praenotanda, ex quibus deinde certae illationes fieri poſſint.

Primo itaque notandum eſt, aliquos veteres philoſophos ignem, alios terram, alios aquam, alios haec tria elementa ſimul omnium rerum principia ſtatuiſſe. *Thales*, ait Plutarchus (1) *principium rerum eſſe dixit aquam. Videtur etiam princeps philoſophiae hic fuiſſe, & ab eo ſecta Ionica nomen duxit... Anaximenes principium rerum pronunciavit eſſe aerem, ex quo omnia naſcantur, ſuoque in eum redeant interitu. Ita inquit, anima noſtra aer eſt, quae nos temperat: totumque mundum ſpiritus, & aer continent ... Pythagoras rerum principia cenſuit eſſe numeros, eorumque inter ſe ſive proportiones, ſive concinnitates, & ex utriſque compoſita elementa, quae geometrica dicuntur ... Heraclitus & Hippaſus Metapontinus ignem omnium eſſe rerum principium perhibuerunt. Omnia enim dicuntur ex igne naſci, & in ignem reſolvi*; *porro mundum & omnia corpora igni conſumptum iri in conflagratione univerſi, ita ignem principium eſſe, ex quo exſiſtant omnia, & finem, in quem omnia recidant... Empedocles quatuor dicit elementa, ignem, aerem, aquam terram*

(1) De placit. philoſoph. *lib.*1. *cap.*3. *edit. Pariſiis apud Gabr. Buon.* 1572.

terram. *Duo autem principia*, *amicitiam*, *&* *diſcordiam*, *quorum hoc uniat res*, *alterum diſcernat*. *Sic autem ait*: radices primum rerum tibi quatuor edam, Iupiter aethereus, Iuno vitalis, ad hos Dis, & Neſtis lacrimis humanos quae rigat alveos. De Heracliti ſententia confer Ariſtotel., Laertium, Sex. Empir., Ciceron. *lib.* II. *de finib. cap.* V., de Thalete confer Laertium, Stobaeum in *Ecl. phyſ.* Ante Thaletem opinionem de aqua ſecuti fuere Homerus *Iliad.* 14. *v.* 245., & Heſiodus ſcholiaſti ſuo aquam rerum principium poſuiſſe viſus eſt, unde ait: Quam opinionem Thales Mileſius poſtea uſurpavit, ac Pindarus etiam quum ait: *Olymp. od.* 1. *praeſtantiſſimam rerum eſſe aquam*. Hanc opinionem de elementis veteres habuiſſe Brahmanes, auctor eſt Strabo, qui ex Megaſthene, qui Brahmanes ſub Ptolem. Philadel. anno circiter 250. ante C. n. in ipſa vera India inviſerat, *lib.* 15. *geogr.* haec affert: *De multis vero cum Graecis ſentire* (nempe Brahmanes) *ut quod mundus ſit ortus*, *&* *interiturus*, *&* *ſphaericus*, *&* *quod adminiſtrator* *&* *conditor eius Deus univerſum eum pervadat*. *Univerſarum rerum primordia diverſa eſſe*, *mundi autem aquam*, *&* *praeter quatuor elementa quintam quamdam naturam eſſe* (nempe aetherem) *ex qua caelum aſtraque conſtent*, *de ſemine*, *de anima*, *aliiſque ſimilia eos dicere*; *texere etiam fabulas quaſdam*, *quemadmodum Plato de immortalitate animae*, *&* *de iudiciis*, *quae apud inferos fiunt*. Porro ulterius hoc notandum, quod ex veterum ſententia etiam adfert Lactantius (1): *Heraclitus ex igne nata eſſe omnia dixit*: *Thales ex aqua*. *Subſtantia ignis calor eſt*: *aquae humor*; *alterum quaſi maſculinum eſt*, *alterum quaſi femininum*: *alterum activum*, *alterum patibile*, *ideoque a veteribus inſtitutum eſt*, *ut ſacramento ignis*, *&* *aquae nuptiarum foedera ſanciantur*, *quod fetus animalium calore* *&* *humore corporentur*, *atque animentur ad vitam*. Solem, lunam, plantas, & haec ipſa elementa terram, aquam, ignem, aerem ab antiquis culta & ſub variis nominibus adorata fuiſſe, idem tradit Lactantius toto libro divinarum inſtitutionum. Idem docet S. Scriptura in pluribus locis, ubi manifeſte ait, *militiam caeli*, id eſt ſolem, lunam, & aſtra, ac elementa, non ſolum a gentilibus, ſed etiam ab

 ipſis

(2) De origine erroris *ſeg.* 18. 19. 20. 21. Romae 1756. apud Angelum Rotilium. Confer etiam Clement. Alexand. lib. cohortat. ad gentes.

ipſis Iſraelitis ſubinde adorata fuiſſe. A Brahmanibus ſolem, lunam, aſtra & elementa adorari nullum dubium ſupereſt. Soli & planetis ipſi ſacrificant, & arietem immolant (1) vocaturque illud ſolemne ſacrificium *yágam*. Lunae ſacrificium *ſomayágam*, in quo potus ex herbis confectus bibitur. Terram apud ipſos Deum Brahmam eſſe, Vishnu aquam, Shiva ignem, nempe ut generatorem & deſtructorem rerum omnium, nos alia diſſertatione proxime typis edenda defendemus. Unde apud Nonnium Panapolitam in Dionyſiacis, dum Bacchae a Deriada Indorum Rege captae ad ſuplicium ducebantur, una ex iis inconcuſſa alterna dicebat voce (2): *audivi*, *quod Indis Deus ſit terra & aqua*, *neque fruſtra aliquando hoc dicitur*, *utrique in me armati ſunt concordes*. Hi vero Dii nempe terra, aqua, ignis, ut apud Aegyptios elementa, *mares & feminae* eſſe dicebantur, ſaepe in Indiis ſub utraque ſpecie, nempe *maris* & *feminae* ſimul repraeſentantur, aut ex mare in feminam vel vice verſa transformati & mutati dicuntur, quin & ſimul concubuiſſe, filios genuiſſe, ſimul pugnaſſe, tum iterum ad concordiam rediiſſe inducuntur. Ita apud Porphyrium *libro de Styge* Brahmae Dei ſtatua ex Bardeſane deſcripta, ex uno latere marem, ex altero feminam repraeſentabat. Et *tom.2.tab.6.* in Niebuhr (3) Shiva Deus ut generator & deſtructor, id eſt ignis ſub utraque ſpecie maris & feminae ſimul exhibetur in antiquiſſimo delubro inſulae Elephantae prope Bombaynum. In eodem Niebuhr *tab. quinta*, & in Sonnerat *tom.primo* Deus Brahma, Vishnu, & Shiva, id eſt terra, aqua, ignis, quaſi in uno corporis trunco compacti, & unum caput cum tribus faciebus habentes exhibentur, ut per hanc figuram, quam Brahmanes *Tritvam*, *Tetradeyam* ſeu trinitatem appellant, demonſtretur, ex terra, aqua, igne omnia generata fuiſſe, & hos tres Deos eſſe, per quos mundus & res viſibiles omnes fuerint creatae. Unde hae tres perſonae allegoricae ſecundum multos Brahmanes

(1) De ſacrificio yágam confer ea quae affert R. P. Norbertus Cappuccinus Pondicerenſis in cod. manuſcript. cap. *dell'ordine di Brahmatciari*, *de initiatione Brahmanum*, vocabularium Brahmanicum Amaraſinha ſect. *Brahma varggam*, & cod. manuſcript. P. Iohannis a Britto.

(2) Nonni Panapolitae Dionyſiaca, latine reddita per Eilhardum Lubinum cum lectionibus Gerardi Falkenburgii. *Hanoviae* 1605. lib. 34.

(3) Niebuhrs Reiſebeshreibung nach Arabien, und anderen umliegenden Laendern. *Kopenhagen* 1778.

manes tres divinas potentias ſeu virtutes principales veri & ſummi Dei repraeſentant, nempe Brahma Deus creandi potentiam, Vishnu Deus creata conſervandi, Shiva vero Deus creata deſtruendi. Id quod a Brahmanibus lingua ſacra Samſcrdamica dicitur: സൃഷ്ടിസ്ഥിതിസംഹാരം *ſrshti ſtidi ſamháram*, *creatio*, *conſervatio*, *deſtructio*, quae nempe per elementa fit, ita ut Brahma ſit terra, Vishnu autem, qui creata conſervat, ſit aqua elementum, Shiva vero Deus qui deſtruit, ſit ignis, qui tamen ſaepius in libris & fabulis Brahmanicis & generans ſimul & deſtructor eſſe inducitur. Quare tres iſti Dii ex mente Brahmanum Vishnuvitarum, & Shivenitarum non ſunt tantum perſonificationes trium praedictarum virtutum ſeu attributorum divinorum creationis, conſervationis, & deſtructionis omnium rerum, id quod putavit de Paw (1) aliique; ſed ut ex libro Brahmanico Amaraſinham manifeſte evincitur, tres iſti Dii tria elementa terra, aqua, ignis ſunt, qui in viros, feminaſque mutati fuiſſe, ſimul concubuiſſe, ſimul pugnaſſe, & generaſſe ſaepenumero in Brahmanica mythologia dicuntur. Unde ſecundum ſectam philoſophicam & religioſam Vishnuviticam Vishnu in feminam mutatus cum Shiva Deo ſuo fratre concubuit, ſeu calor ignis & humor aquae rerum omnium principia ſimul coiverunt, & inde ennatum eſt Lingamicum portentum, ſeu phallus in yoni vel matrice exsiſtens, certiſſimum, & vetuſtiſſimum naturae generantis ſymbolum, quod hodiedum Indi penſile ex collo gerunt, & quod Tibetani, pariter Máni vocant, ex cingulo, vel collo appenſum gerunt, & ut Indi adorant (2). Secta vero Brahmanum Shivenitica Deum Shiva ſeu ignem rerum omnium principium eſſe ait & hunc cum uxore ſua Bhavani ſeu cum natura coiviſſe, atque inde omnia creata & producta fuiſſe. Unde etiam haec ſecta naturam, ſeu principium rerum omnium per *Lingam*, & per *yoni* ſeu per matricem

(1) Recherches Philoſophiques ſur les Egyptiens, & les Chinois, *a Berlin chez Decker* 1773.tom.2.ſect.7. *de la religion des Egyptiens*.

(2) Vide de Lingami inſtitutione Sonnerat *tom*.1. R.P. Norbertum *in manuſcript.cod.art.* Lingam, & de ſecta Lingamica R.P. Ildephonſum a Praeſentatione Carm. Excal. in cod. manuſcr. biblioth. S. Congr. de Prop. Fide *num*.20. & in bibliotheca Regia Pariſienſi inter codices Indicos *num*.82. cod. corticeum Lingapouránam.

tricem Bhavani Deae, caloris nempe & humoris elementa repraeſentat, & Lingam Deum, quem Shivam ſuum eſſe dicunt, adorant Brahmanes Shivenitae omnes. Unde ait Pacunar gentilis poeta apud P. Ildephonſum in codice citato *cap. 1. de creatione mundi*, & cap.3. *de origine Dei Brahma*, *Vishnu & Shiva*. Mula adu muleciu triconamadil alavilennie ádi annàdi mudel mùnennu iruna Shacti Shivalingavum adinu oru munu urúvam ai tiringnu Ayen ennum adu Máli adu Shiven ennum. *In principio excrevit ficus arbuſtum Indicum Banana* (ſymbolum fecunditatis), *in hoc ab omni aeternitate, ab aeterno incluſus erat triangulus infinitus & immenſus, in hoc triangulo exſiſtebat Dea Shacti ſeu Bhavani* (natura nempe, virtus, potentia generativa) *& Shivalingam*, (ſeu priapus Dei Shiva). *Diſrupto ficus Bananae arbuſto ſeu plantae illius trunco tres prodiere ex hoc triangulo, ex Dea* Bhavani *& ex Deo Lingam alii Dii nempe Brahma vel Ayen, Vishnu vel Máli, & Shiva Deus, tres fratres filii ſimul & mariti virtutis, potentiae, naturae ſeu Shakti Deae quae in triangulo ſimul cum Shivalingam ab aeterno exſiſtebat*. Ex quo proinde uti etiam ex libro Amaraſinham invincibiliter probatur, tres illos Deos Brahmam, Vishnu, Shiva, terram, aquam, & ignem eſſe, haec elementa in Deos a gentilibus translata fuiſſe, & hos tres Deos creaturas eſſe, utpote qui ex triangulo rerum omnium principio, & ex Shakti Dea ſeu ex potentia, virtute, & natura nati ſint. Quod ſane dici non poſſet, ſi hi tres Dii divina tantum attributa perſonificata eſſent, quod & ego prius putabam, & alii putant multi. Porro in paucis illis Pacunar gentilis Malabarici poetae verbis ſupra allatis tota Brahmanica religio & philoſophia, tota Pythagorae ſcientia, quam a Brahmanibus hauſerat, tota denique Graecorum philoſophorum doctrina fundatur. Incipit Pythagoras a triangulo ſeu a numeris, & figura geometrica, tum deſcendit ad elementa ut Brahmanes, & inde format primus ille Graecorum philoſophus ſuum ſyſtema philoſophicum & ſuam ſcholam Italicam. Sequitur eum Heraclitus, & Thales, ſed in opinionibus, quas iam antea Brahmanes docuerant, & ſuper quibus iam dudum apud Indos religio etiam publica fundata, & ſtabilita erat. Ingens hic copia & pene infinita diſſerendi materies ſe mihi offert. Sed vela con-

la contrahenda, & paucis omnino diſſerendum eſt. De triangulo rerum omnium principio multa tradit Philo Iudaeus; hic triangulus, lotus flos, ſeu nymphaea a Brahmanibus Tâmara vel Padma dicta, Phallus ſeu Shivalingam cum yoni ſeu matrice Bhavani vel Shakti Deae, quae eadem & una eſt, ſunt ſymbola univerſae naturae generantis, & omnia ex elementis producentis. Unde Indi ea adorant, venerantur, & ut diximus Shivalingam ex collo portant, ut id ipſum Tibetani ex cingulo. Regis Travancoridis inſignia ſunt: *triangulus*, *lotus*, *&* *buccinum*, ſeu concha marina, alterum naturae ex humore & aqua generantis ſymbolum. Rota ſeu ciacram, in qua duo trianguli incluſi ſunt, buccinum, lotus, ſeu nymphaea, tamquam prima aquae & caloris productio, etiam inſignia ſunt Dei Vishnu, quae ipſe manibus gerit. Ex loto & buccino generantur omnia, aiunt Brahmanes, & per rotam cum duobus triangulis Deus ille gyrat mundum, ut per continuam rotationem & gyrum, id eſt per continuam ſeriem generationum & corruptionum ſibi invicem continuo ſuccedentium mundus conſervetur. Tibetani etiam lotum adorant, quod vide in opere *Aſiatick reſearches tom.*1.*pag.*243., & in Alph. Tibetano *pag.*64. 129. 242. 163. In lotum, ſeu in yoni matricem Deae Bhavani, ſive naturae univerſae redibunt elementa, ſeu ſemina rerum omnium, quando ex ſententia Brahmanum in fine mundi omnia per aetherem ſeu ventum igneum conſumanda ſunt, quod Brahmanes tradunt in libro പ്രപഞ്ചസൃഷ്ടി Prabància Srshdi, ſeu de creatione mundi, & ex ſententia Pacunar P. Ildephonſus codice & loco ſupra citato, & Alph. Tibetanum *pag.*194. 193. 120. 192. 592. Triangulum aram Brahmanum eſſe, pro ſymbolo ſupremi Dei haberi, hoc Bhavani ſeu Shakti Deae, naturae nempe matricem ſignificare, denique ab Indis & Tibetanis ſuperſtitioſe coli, locis nunc citatis in Alphabeto Tibet. idem docet eruditiſſimus & mihi ſummopere colendus vir R.P. Auguſtinus Antonius Georgius. Triangulum in ſummitate montis Meru ſitum eſſe, & ex eo tamquam omnium rerum principio omnes res emanaſſe, ex Pacunar etiam tradit P. Ildephonſus *lib.* 2. *de Kailáſam Dei Ishuara ſeu Shiva cap.*4. Denique Plutarchus lib. *de Iſide & Oſiride* haec habet:

bet: *Aegyptios probabile eſt triangulorum pulcherrimo in primis comparaſſe univerſi naturam: qua comparatione etiam Plato in rep. videtur uſus, ubi figuram nuptialem componit. Intelligendum eſt autem linea ad rectum angulum alteri inſiſtente marem, baſi feminam, ſubtendente prolem utriuſque repraeſentari, & Oſirin eſſe principium, Iſidem receptaculum, Orum effectum. Ternarius quippe primus eſt impar ac perfectus numerus &c.* Priapum ſeu Lingam ab antiquiſſimis temporibus non ſolum a Brahmanibus, ſed etiam ab Iſraelitis cultum fuiſſe colligitur ex ſacris paginis *lib.*3. *Reg. cap.*15. ubi vulgata ita habet v.13.14.15: *Fecit Aſa rectum ante conſpectum Domini, purgavitque univerſas ſordes idolorum, quae fecerant patres eius, inſuper & Maacham matrem ſuam amovit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in loco eius, quem conſecraverat: ſubvertitque ſpecum eius, & confregit ſimulacrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron: excelſa autem non abſtulit.* Idola Moloch & Beelphegor non ſolum ignem fuiſſe, qualis eſt Shiva Deus, ſed etiam per taurum, quo vehitur etiam Shiva Deus, & per Lingam ſeu Priapum apud veteres gentes, & Iſraelitas repraeſentata fuiſſe, oſtendit eruditus vir Auguſtinus Calmet *diſſertatione in Moloch idolum Ammonitarum*. Ex quo ſane argues, quam vetus ſit hic Priapi cultus, utpote qui iam anno 1400. ante Chriſtum natum paſſim non ſolum inter gentes, ſed etiam inter ipſos Iſraelitas obtinuerit, de quo confer *chronologiam Calmet*, *librum* 5. *Stromat.* Clem.Alex. *& annotationes* Gentiani Herveti *in Potrepticon eiuſdem*, tum Diodorum Siculum *lib.*1., Arnobium *lib.*5. *adverſus gentes*, ubi multa de phallo affert, Alphab. Tibet. de Lingamorum portentis Brahmaninis *pag.*116.117. 152., auctores Anglos in diſquiſitionibus Aſiaticis *pag.*250. & 254., Seldenum *de diis Syriae* & alios.

His itaque poſitis & ſtabilitis, ad explicationem ſignorum, vocum, & oratiuncularum gentilicarum, in quibus maxima pars gentilicae religionis continetur, deſcendamus. Antequam Brahmanes & Lahae Tibetani aliquid ſcribere incipiant, fere ſemper hoc ſignum  vel  aut  capiti ſcripturae apponunt. Hoc ſignum Dei Ganésha proboſcidem ſignificare, iam ſupra innuimus. Secundum ſignum quod apponi ſolet eſt hoc:  vel V, vel  vel , vel alia his ſimilia, quae etiam in frontibus omnium

fere

fere idolorum pinguntur, & quae omnes Indi pariter in fronte vel pectore deſcripta gerunt, ac തിരുനാമം *Tirunámam* ſeu ſanctum & divinum nomen appellant. De his ſignis multis diſſerit R. P. Norbertus Cappuccinus *in codice manuſcript.* Sonnerat vero aliquos Brahmanes hoc ſigno in fronte inſignitos exhibet. Vix ullum adeſt idolum Indicum in muſeo doctiſſimi & eminentiſſimi Cardinalis Borgiae, quod hoc ſignum ſive in fronte, ſive in vola manus deſcriptum non habeat. Hoc ſignum exhibetur in capite epiſtolae magni Tibeti Lamae, quoties aliquid de religione ſua ſcribit, & voculam *Hum* praeponit. Hoc ſignum in ſua ſcriptura Tibetana affert Rab-giam-ba Ngavang in *Alphab. Tibet. pag.* 513. *ſuper vocula* Hom, & Om. Idem affertur *pag.* 506. *in explicatione* Hom. Signum etiam  fere in omnibus Tibetanis videtur ſcripturis appictum, ita ut hi & Indi crimen aliquod ſibi videantur committere, ſi unum ex his ſignis negligant in capite ſcripturarum. Quid igitur ſunt haec ſigna tam ſancta, & tanta virtute referta, ut hae gentes omnia in his ſignis auſpicentur? Ultimum hoc  Dei Ganésha, etiam a Tibetanis culti proboſcidem eſſe ipſa conformatio huius figurae docet. Haec ſola in hac re inter Tibetanos & Indos eſt differentia, quod illi proboſcidem hanc inverſam ſeu depoſitam, Indi vero erectam pingant. Haec vero variatio non eſt tanta, ut alicui dubitandi occaſio eſſe poſſit. Nam nec proboſcis elephantis, utpote res flexibilis, & quam elephas modo ſurſum, modo deorſum, modo complicatam, modo extenſam, & erectam habet, eamdem ſemper conſervat formam. Variant itaque in ea deſcribenda Indi, nam Malabarenſes eam ita deſcribunt , Tamulici , Indoſtani  vel . Quidni igitur ab his paulliſper diſcrepent etiam Tibetani? Signa vero  & alia his ſimilia quid aliud ſunt, niſi ſigna lingamica, ſeu ſigna ſymbolica turpis lingamici cultus, & ipſa repraeſentatio generantis univerſae naturae, quae ex calore & humore omnia producit, & Shiva Deum cum Vishnu, ſeu ignem & aquam in natura coniunctam, aut Shiva Deum ſeu ignem cum natura vel matrice Shak-

Digitized by Google

ce Shakti Deae copulatum exhibet ? Haec nempe eſt illa principii rerum omnium ſymbolica repraeſentatio, quae nomen ſanctum & nomen divinum appellatur, quia principium rerum omnium, ipſam rerum naturam, & naturae huius auctorem exhibet Deum. Centum & amplius argumentis hoc ſtabilire poſſem, niſi gentiles omnes, ne ipſis adeo ſexagenariis anibus exceptis, de hac re convenirent, & hoc ipſum, quod dico, dicerent. Quare vulgatum iam eſt inter Indicos Miſſionarios omnes, ſigna illa Vishnu Dei coniunctionem cum fratre ſuo Shiva, aut coniunctionem Shiva Dei cum uxore ſua Shakti vel Bhavani repraeſentare, quamvis pauciſſimi eorum, quin & pauci Indi ſciant, quid Vishnu, quid Shiva, quid Bhavani Dea ſit, & myſterium hoc apud ſolos maneat Brahmanes philoſophos ſepultum, & reconditum. Ignoraſſem illud etiam ego, niſi Krshna Brahman in Angamali, & pientiſſimus ſimul ac doctiſſimus alter Brahman Kunhen Ashan magiſter meus longo uſu mihi ſecretum illud revelaſſet, & in eo per lectionem & explicationem vocabularii Amaraſinha, aliorumque Brahmanicorum librorum me confirmaſſet, ac de univerſa hac re ſolidiſſime ſimul ac ſuaviſſime convinxiſſet. Acceptam igitur a Brahmanibus doctrinam trado, & eam hoc modo confirmo. *Primo*. Gentiles Indi omnes dum mane ſurgunt hoc primum adlaborant, ut loti hoc ſignum in fronte aut pectore deſcribant, quo deſcripto, preces peragunt, neque abſque eo negotiis quibuſcunque vacare volunt. *Secundo*. Nullum ſacrificium peragunt, quin hoc ſignum prius depingant. *Tertio*. Dum ieiunant, hoc prius deſcripto, ieiunium & orationem aggrediuntur. *Quarto*. Hoc ſigno deſcripto, ad templa accedunt, & ſacrificiis aſſiſtunt. *Quinto*. Damnari putant, niſi hoc ſigno inſigniti obeant; quod ipſi deſcribere ſe aiunt, ut ab Ishvara, id eſt a Domino, auctore nempe naturae, quem ſub ſymbolo ſolis, ignis, trianguli, & lingami adorant, poſt obitum recognoſcantur, & a tranſmigrationibus vilibus, miſeris, indignis, ac aerumnnoſis liberentur. Tanta ipſis cura eſt ſuarum animarum, tanta ſollicitudo animarum ſtatus poſt mortem! Quare ut ego ſaepius meis oculis vidi, dum aliquis morti proximus eſt, circumſtantes magis de pingendo hoc ſigno in fronte infirmi ſolliciti ſunt, quam de reſtituenda illius cor-

corporis ſalute. Et cum forte ego quaeſiviſſem, cur adeo ſollicite illud depingant, reſponderunt, quod Ishvara ſeu Dominus iraſcatur, nec animam illam, ut ſuam creaturam agnoſcere velit, niſi illo ſuae devotionis & religionis ſigno eam inſignitam, & condecoratam ante ſe comparere videat. Denique quod ſignum hoc ſymbolicum naturae, & auctoris naturae ſit, ac *Lingam cum yoni* repraeſentet, patet etiam ex eo, quod idola Indica muſei Borgiani, quae Pariſiis in muſeo S. Genovefae ſunt, plurima in Indiis, & multa coloribus expreſſa, quae ego ex Indiis attuli, praeter hoc ſignum lingamicum, ſubinde in vola manuum, aut planta pedum etiam triangulum, alterum naturae, & auctoris naturae ſymbolum deſcriptum habeant. Quin adeſt in muſeo Borgiano nummus Tibetanus, qui yoni ſeu matricem Deae Bhavani ſeu naturae, ſine annexo Lingam exhibet. Hoc vero, nempe Lingam, una cum yoni in moneta, ſeu nummis Indicis exhibet Sonnerat *tom.1. de nummis*, ubi plures deſcriptos videbis, eamdem imaginem aeri inciſam exhibet, ubi agit de Lingam. Videatur etiam Niebuhr *tom.2. tab.5. & aliis*, ubi is ignoranter plures figuras lingamicas exhibet, prout nempe eas ex ſtatuis & ſculpturis templi Elephantae, myſterii Brahmanici alioquin imperitus, materialiter deſcripſit, & delineavit; tab. vero decima exhibet Deum Shiva iratum, ſeu ignem ut deſtructorem, iudicem & vindicem. Qui haec ſigna omnia affabre inciſa inſpicere vult, conferat *vol.2.* libri: *Riſpoſta alle accuſe*, *editi Coloniae* 1709., in quo nempe ſigna haec Indica Miſſionarii Maiſſurenſes e S. I. adferunt, & ſe purgare nituntur de ſuperſtitioſo cultu in Indiis ab ipſis permiſſo, aut tolerato. Omnia illa ſigna quomodocumque depicta, ſive aquam, ſive Lingam, ſive ignem ſignificantia, ad hanc Brahmanum philoſophiam referuntur. Haec de ſignis.

Particulae *Hum*, & *Om*, quae varie apud auctores corruptae, tranſpoſitae, & depravatae afferuntur, in vocabulario Amaraſinha ſect. അവ്യയവർഗ്ഗം *Avyavarggam* explicantur, & hoc in libro iſto antiquiſſimo, quo Brahmanes ſemper uſi ſunt in ſtudio linguae ſacrae, & ex quo ipſi ſignificationem vocabulorum Samſcrdamicorum

rum haurire ſolent. Particula itaque Hum ibi ita aſſertur: ഹും പ്രശ്നെ വിതൎക്കെ പരിപ്രശ്നെ Hum prashne, vitarke, pariprashne, id eſt: *particula* Hum *utendum* interrogando, diſputando, conferendo. Hum, *nonne? numquid? anne?* particula Om in eadem ſectione explicatur, *& uſus eius eſt* in പരമ്പരെ id eſt in annuendo, conſentiendo, volendo, aſſimilando. Sic ഓം Om vel ഏവം evam, latine redditum idem eſt ac dicere: *omnino, ita, fiat, volo, amen*. Malabarenſes loco Om utuntur *am* ആം quod idem ſignificat: nempe ám, volo, fiat, ſit, omnino, ita, amen, poſſum, fieri poteſt. Amò? anne fieri poteſt, an vis? an concedis? anne vis ut fiat? Am, volo, annuo, concedo, fiat, ſit, omnino, ita, amen. Itaque in creatione mundi Deus Ishvara ſeu Dominus ita ad uxorem ſuam Shakti ſeu potentiam & virtutem (hoc enim Shakti (1) ſignificat) dixiſſe fertur: Hum, viſne? nonne? anne faciendum eſt? anne ſol creandus eſt? numquid, nonne Vishnu ſeu aqua adoranda eſt? numquid Shiva ſeu ignis adorandus eſt? Shakti Dea potentia, virtus, ſeu etiam natura univerſa Domini creatoris ſeu Ishvarae uxor reſpondit: Om, ita, fiat, volo ut fiat, ſit, omnino, amen, fiat, adoretur Vishnu. Om, fiat, volo conſentio, ita ſit, omnino adoretur Shiva Deus ſeu ignis, om. Hum Narayena nama, om. Nonne adorandus Naráyena ſeu Vishnu? Om, ita, fiat, amen, adoratio ſit Deo Vishnu. Hum, Shiváya nama, om. Nonne adoratio debetur Shivae Deo? Numquid adorandus eſt ignis? Om, ita, fiat, amen, adoretur. Hum mani padme, om. Nonne infans,

(1) Tria hic attente ſunt conſideranda. *Primo*. In hac Brahmanica allegatione Deus, ſeu Dominus Ishvara auctor naturae, a natura & materia manifeſte diſtinctus eſſe aſſeritur. Falſum proinde eſt Brahmanes Deum materialem facere, & eumdem cum materia eſſe. *Secundo*. Deus hic per potentiam & virtutem ſuam creat, ut in noſtra geneſi Deus per filium, principium, & ſapientiam ſuam. *Tertio*. Hic ſat manifeſte apparet virtus particulae, ſeu Moſaicae voculae *fiat*. Dixit Deus: *fiat lux, & facta est lux*. Tota igitur differentia in eo conſiſtit, quod ibidem auctor naturae loquatur, & creet imperando, hic vero quaſi cum potentia & virtute ſua conferendo, interrogando, & conſultando. Hoc tamen non obſtat, quin mirum quantum valet, ad incredulos convincendos, mundum & naturam in tempore creatam fuiſſe, ac proinde aeternam non eſſe.

fans, vel nonne Lingam eſt in loto? om, ita, omnino, Lingam, vel infans in loto. Omnino, principium rerum omnium in loto, in yoni, in matrice naturae ſeu Bhavani Deae (1). Haec itaque eſt naturalis, vera, ſimplex, & ſincera explicatio vocularum illarum Hum & Om ഹും & ഓം. Hae vero particulae mirum quomodo & vix credibile, quantum Europaeorum hominum ſomniis, viſionibus, arbitrariis interpretationibus, tranſpoſitionibus, & longiſſimis commentariis fuerint corruptae, obſcuratae, detortae & deformatae. R.P.Georgius in precatiuncula Hum Mani Peme Om, Manetem haereſiarcham vidit, & phantaſma illud acriter impugnat, in opere ſuo ubique protrudit, ſemper perſequitur, & totus in eo eſt, ut Tibetanos Manichaeos eſſe oſtendat. Vide *Alphab. Tibetan. pag.* 507. & alibi paſſim. *Quis eſt ille Mani? Manes eſt, & talis equidem qualis eſt Wiſtnu apud Indos*. Bona huius doctiſſimi & mihi ſummopere colendi viri venia interrogem: quis eſt ille, qui Tibetanum ſeu potius Brahmanicum & Samſcrdamicum vocabulum mani, littera *m* maiuſcula ſcribendum dixit? In quonam ipſe dictionario ſive Tibetano, ſive Brahmanico mani dictionem pro Manete haereſiarcha ſcriptam, poſitamque invenit? An Tibetanis & Brahmanicis vocabulis in Aegypto, in Graecia, & in Syria ſignificatio quaerenda? An non potius Tibetanorum & Brahmanum libri originales circa vocabula Brahmanica & Tibetana conſulendi? Anne licitum cuique, privatam & arbitrariam vocabulis in regione aliqua iam antiquitus receptis, in libris, uſu, & conſuetudine firmatis, appingere ſignificationem, & hoc attribuere Tibetanis & Brahmanibus, quod ipſi numquam agnoverunt, de quo ipſi ne quidem ſomniarunt? Haec in-

G 2 terim,

(1) Apud Aegyptios Padma ſeu lotos quae oriente ſole ſe explicat & aperit, occidente vero ſole claudit & in ſe contrahit, cum infante ex eius calice quaſi exeunte pingebatur, quod nempe denotabat, aquam una cum ſole creationis ſeu productionis principium eſſe. Vide Anecdota litteraria ex manuſcr. codicibus eruta *vol.* II. Romae apud Settarium. *pag.* 263. *in tract.* Aldi Manutii de *statuis*. Máni Brahmanicum infantem, phallum, & gemmam ficus Indicae Bananae dictae ſignificat. Vide lexicon Samſcrdamicum R. P. Hanxleden, & vocabularium Amaraſinha *Sect. Mánusza varggam*. Quare bene etiam infans ſeu máni in loto, item lingam ſeu máni in loto eſſe, dici poteſt. Ambo nempe naturae ex ſole & aqua, ex calore & humore procreantis ſymbola ſunt. Vide Numum Antonini *cum puerulo loto insidente*. Tab. XII. pag. 195. Numorum Aegyptiorum Muſei Borgiani Velitris, *auctore Georgio Zoëga*.

terim; alia videbimus poſtea. P. Athanaſius Kircher, ut idem tradit in *Alphab. Tibet. pag.* 512. R. P. Georgius, ex precatiuncula *Hum mani peme om*, confuſis & translatis hinc inde pro arbitrio ſuo litteris legit: *Omanipa*, & inde idolum ſibi efformavit *Manipa*, ac proinde ſecundum ipſum illa precatiuncula dicere vult: *o Deus Manipa adiuva nos*. Cum faber incertus ſcamnum, faceretne Priapum, maluit eſſe Deum. *Horat. Sat.*8. Bayerius in *Act. Ac. Petrop. T.*3. Meſſerſchmidii alucinationem ſequutus putabat precatiunculam illam ſignificare: *Kyrie eleiſon: Domine miſerere noſtri*. Unde legit ipſe: ong-manì padme-chum chi, & ait: clariſs. Meſſerſchmidius in Iſidis Sibericae Xenico manuſcr. oſtendit preces eſſe Tangutanorum vulgariſſimas: *Miſerere noſtri Deus*: &c. Riderent certe Tibetani & Brahmanes philoſophi, ſi ipſi Europaeos doctores tam egregios interpretes eſſe ſcirent, & preces ſuas Brahmanicas, quas ipſi iam a tribus mille circiter annis recitant, per litanias Europaeas explicari viderent. La Croze vir alter cerebroſus, qui Neſtorianam haereſim in Tibeto & Indiis ſtatuit, voculam *Om* vel *Ohm*, interpretatur: *Benedictus ſit*. Vide *pag.*507. *& p.*165. *Alphab. Tibet.* Huic accedit P. Andrada, vir ſine dubio devotulus, ſed qui nec Tibetanum, nec Brahmanicum idioma bene callebat, & hic, *om mani patme on ri* interpretatus eſt: *Domine, remitte mihi peccata mea*. Agmen claudit interpretum, mordaciſſimus, & commentis philoſophicis totus diſtentus de Paw *In diſquiſitionibus philoſophicis* (melius dixiſſet viſionibus philoſophicis) *tom.*1. *pag.*331., qui ex Herodoto & Plutarcho ſciens, Scythas, Sinenſes, Magos, Perſas, Tartaros potum immortalitatis quaeſiviſſe, അമൃതം amrdam nempe, ſeu nectar caeleſte, potum Deorum, de quo Brahmanes multa, & qui homines immortales reddit, & hunc eumdem potum ex herbis contuſis, ut Plutarchus de Iſide tradit, exprimi poſſe, Perſas credidiſſe non ignorans, *Hom*, & Plutarchi *Omoml* idem eſſe putat, & voculam Hom *herbam*, vel *arbuſtum* eſſe credit. Verum quia D. de Paw linguae Brahmanicae imperitus eſt, & Indica nomina a Graecis corrupta fuiſſe ipſe fatetur Plutarchus in vita Alexandri M. (1), non eſt

(1) Videatur liber, cui titulus: Palladius de gentibus Indiae & Brahmanibus, S.Am.

eſt cur lectionem & interpretationem illarum vocum, prout eas de Paw, & Plutarchus affert, ſequamur. Quare his omnibus exploſis, ut iure merito explodenda ſunt, voculas illas & precatiunculas Indicas & Tibetanas illo, quo diximus modo, explicandas, intelligendas, & ſcribendas eſſe, demonſtremus.

Primo. Nemini mirum videri debet, quod ibi creator cum ſua virtute aut potentia, cum natura rerum perſonificata, denique auctor naturae cum uxore ſua colloquens inducatur. Hoc idem docent Iudaei in Talmud cap *Cholin*, & creator ibi cum luna colloquens inducitur, quod ibi vide. Sol, luna, aſtra, elementa, quin & ipſae virtutes, ſcienti ae, vitia perſonificata, in Graecis & Brahmanicis libris paſſim loquentia, & confabulantia inducuntur (1). *Secundo*. Textum Moyſis de creatione in libro Brahmanico Bhágavadam corruptum fuiſſe, & corruptum reperiri, in diſquiſitionibus Aſiaticis iam oſtenderunt Calcuttenſes Angli, quod vide *tom.* 1.*pag.*244.,& Brahmanes diluvii univerſalis notionem & traditionem poſſidere, docent *pag.*237. *& ſeq.* Haec vero in libris Brahmanicis adeo clara ſunt, ut nullo modo negari poſſint. *Tertio*. Particula *Hum* et *Om*, eo quo ſcribimus modo, et in ſenſu a nobis allato affertur ſcripta, & explicata in libro claſſico Brahmanico *Amaraſinha*. Haec autem explicatio, plus quam centum aliae Europaeae, valet, et valere debet, quia orationes illae ſunt Indicae & Samſcrdamicae, quam linguam explicat vocabularium illud. Deinde quia eo vocabulario utuntur Brahmanes in ſuis

S. Ambroſius de moribus Brachmanorum, anonymus de Brahmanibus, ex bibliotheca regia Eduardus Biſſaeus Londini apud Roycroft 1665. In eo propriis Plutarchi verbis, Calani Brahmanis, quem Alexander M. ſecum in Perſiam uſque abduxerat, nomen a Graecis corruptum fuiſſe oſtenditur. *Calanus*, ait Plutarchus, *Sphines vocabatur, sed quod sermone Indico cale pro salve salutans obvios compellaret, Calanus est a Graecis nominatus*. Ita nomina Shiva in *Seba*, vel *Sebasion*, Meru in *Meron*, Nayshada in *Nysa*, Véda in *Bedy* &c. a Graecis corrupta, & mutata fuiſſe, nos alibi oſtendimus.

(1) Brahmae Deo haec nomina attribuuntur in vocabulario Brahmanico Amaraſinha: Srshda *creator*, *productor*, nempe quia terra producit. Surageshda *frater solis*, quia terra ſole caleſacta germinat. Hiranyagarbha *matrix auri*, quia aurum in terra gignitur. Abgiayoni *matrix lunae*, quia terra lunae actionem ſeu influxum ex ſententia Brahmanum in ſe ſuſcipit & per eum ſimul procreat &c. Ex quibus ſane patet, Brahma Deum nil niſi terram ſeu materiam producentem eſſe, *Brehi* nempe Aegyptium.

ſuis ſcientiis tradendis, illud aeſtimant, et maximi habent, de quo teſtes eſſe poſſunt omnes, qui cum iis verſantur, et quod etiam obſervavit Anquetil du Perron *in appendice n.* 110., ubi illud corrupte vocat *Amarkosh*. De eo auctores operis *Aſiatick reſearches p.* 354. ubi haec habent: *The beſt lexicon or vocabulary was compoſed in verſes by the illuſtrious Amaraſinha*. Ex hoc & non alio, nos illas particulas et explicationem earum attulimus. *Quarto*. Quia easdem voculas quamvis paullo corruptas *Hom*, *Um*, et *Am*, ſub eadem ſignificatione, et in eadem confabulatione Dei cum Dea affert P. Ildephonſus ex Pacunar poeta gentili Indico *Lib.* 1. *cap.* 4. *in cod. manuſcr. bibliothecae S.Cong. de Prop. Fide*, & R.P.Clemens a Ieſu *In Alphabeto Grandonico pag.*8. *Quinto*. Quia particula Om in ſenſu a nobis allato affertur in antiqua inſcriptione Brahmano Samſcrdamica columnae lapideae in Budhagaya in Indiis, de qua in opere *Aſiatick reſearches* p.285. *Reverence be unto thee in the form of Boodha, o god ... the Emblem of mercy towards thoſe Who ſerve thee-om!* ubi vides uſurpari pro *amen ſeu fiat*, & pag. 357. in apocha inſtrumentali conceſſionis territorialis: *Om, victoria & elevatio!* nempe fiat, volo, fiat victoria & elevatio! Conſentio, deſidero ut fiat victoria, &c. *Sexto*. Quia *Hum* & *Om* duae voculae ſunt Indis ſacratiſſimae, quas ipſi ſemper in ore habent, preces ſunt quotidianae, quae in ſacrificiis, in lotionibus & expiationibus adhibentur, & per quas Brahmanes omnia conſecrant, quae omnibus oratiunculis a capite, & a cauda coniunguntur. Sic dicunt gentiles Indi: ഹൂം ലിംഗകായ സ്വസ്ത്രുപരെക ശത്രുക്കൾക്കും പശന്ദായ സ്വാഹ *Hum Lingam, Deus magne, per te ſim inimicorum potens, fiat, utinam fiat, amen*. Ubi vides voculam *Hum* praecedere, et *Lingam* nempe auctorem naturae Deum invocari. De veneratione Indorum in has particulas Hum & Om vide Anglos *pag.*242. qui tamen ibi alucinantur, dum per eas Deum Brahma, Vishnu, & Shiva intelligendos eſſe putant. Has eaſdem voces Tibetanis ſacras eſſe et orationem quotidianam, ad quam cumprimis in ingruentibus regni periculis confugiunt, docet ipſe R.P. Georgius *pag.*510. Cui autem umquam in mentem venire poteſt Indos et Tibetanos ita Maneti haereſiarchae, quem num-

numquam cognovère, devotos eſſe, ut eum continuo in ore habeant, et omnes quidem Indi, et Tibetani docti, & indocti? Quis non dicat, preces illas manifeſte ad Deum auctorem naturae, ad creatorem, qui ſub ſymbolo lingamico aut triangulo repraeſentatur, referri? *Septimo*. Quia voculae *Hum* et *Om* ut Indis, ita et Tibetanis, orationum omnium principium, et finis ſunt, ſic: *Hum Narayena nama*, *om*, oratio eſt Indica. *Hum mani padme*, *om*, oratio eſt Brahmano Tibetana, et quidem lingua Brahmano Samſcrdamica conſtans. Ngàvang et Rabgiamba duo doctores Tibetani (*Alph. Tibet. pag.* 506.) haec habent: *Hom iſtud, Ngà capitis ornamentum eſt. Hum iſtud, Ngà finis ornamentum eſt*, nempe ut apud nos *amen*, orationum finis et ornamentum eſt. Ubi tamen obſerves *Hom* ſeu *Om* a Tibetanis praeponi, *Hum* ſubſequi, quod ordinem naturalem orationis pervertit. Verum cum particulae illae et oratio tota Samſcrdamica ſit, et ex Indiis in Tibetum, terram non ſuam, per Samtaputra allata fuerit, mirum eſſe non debet eam a Tibetanis inverſam et corruptam fuiſſe. An non videmus voculas illas pariter a Magis Perſis, et a Scythis depravatas fuiſſe, ita ut aliqui ſolum *Hom*, Perſae *Omomi* legerent, et quod voces illas a Brahmanibus in ſacrificio lunae, in quo herbae contunduntur, & ſuccus bibitur, adhiberi vidiſſent, aut audiviſſent, putabant illi, *Omomi* ſeu potius *Hum mani om* herbam eſſe, cuius ſuccus expreſſus et potatus immortalitatem daret. Oratio vero haec per Samtaputra una cum alphabeto Brahmanico, libris, & myſteriis Brahmanicis in Tibetum allata fuit, id quod in alphab. Tib. manifeſte docent Tibetani, qui eum Brahmanem Lekshin in Indiis audiviſſe, alphabetum tercentorum ſexaginta quatuor litteris conſtans, nempe Samſcrdamicum noſtrum, & duos Brahmanicos libros in Tibetum aſportaſſe dicunt, de quo vide *pag.* 290. & 291. A Tibetanis ergo haec omnia acceperunt, & non viciſſim, Tartari & Scythae, nam Kilmaaks ſeu Calmuc Tartari hodiedum religioſe cum magno Lama communicant, quod manifeſte docet D. Turner in epiſtola anno 1784. ad D. Haſtings gubernatorem generalem data, qui ipſe Tisho Lamam inviſit, & Tartaros illos ſuis oculis vidit. Unde ait *pag.* 203. in opere *Aſiatick reſearches*: *There came to day a party of*

of Kilmaaks (Calmuc Tartars). for purpoſes of devotion and to make their offerings to the Lama. Quae quidem brevis, vera & certa notitia a me alibi probanda, ſufficere deberet ad pruritum philoſophaſtri de Paw temperandum, quo ad nova & inſolita dicenda adductus, & opinionem ſeu potius viſiones D. Bailli & Linnei ſecutus, generis humani incunabula in Scythia et Syberia inter frigora et urſos conſtituit, et inde ſcientias et religionem omnem derivat, cum tamen certum et indubitatum ſit, hoc hiſtoriae antiquae, communi hominum ſenſui et opinioni, ac denique ſanae rationi repugnare. *Octavo*. Voculae illae et oratiunculae ſenſu a nobis allato intelligendae ſunt, quia non ſunt Aegyptiacae, Perſicae, Tibetanae, Tartaricae, Scythicae, aut Sinenſes, ſed originaliter Indicae, Brahmanicae, Samſcrdamicae. Hoc adeo certum eſt, ut omnis ille, qui grammaticam & vocabularia, aut alios Brahmanicos libros etiam a limine ſalutavit, id ſtàtim fateri debeat. En primum libri Sambhavam ſeu geneſis Indicae verſum: ശ്രീരാമരാമരാമഗൊവിന്ദശിവരാമശ്രീ മഹാദെവകൃഷ്ണമുകുന്ദനാരായണനമൊനമഃ Shri Ràma Ráma Ráma Govinda Shiva Ráma Shri mahà déva Krshna Mugundá Náráyena namo namá. Beato et celeberrimo Râmae, Ramae, Rámae, Govindae (*ſeu Viſhnu Deo, ut Indiae domitori, victori & vaccarum paſtori*) magno Deo Shivae, Deo Krshnae (*Viſhnu incarnato in forma Krshnae*) Náráyenae ſeu Viſhnu Deo adoratio, adoratio! En iam hic vocabulum namá, adoratio. ദെവദെവായ മഹാദെവായനമൊനമഃ Déva Déváya maha Déváya namo namá. Deo Deorum maximo Deo adoratio. Millena, & plura ſimilia exempla proferre poſſem. ശിവശ്ശിവായനമഃ Shiva Shiváya namá, Shivae Deo, ſeu ut antiqui Graeci et Latini corrupte dicebant, Sebeſio vel Sebaſio adoratio! Indica ſeu Samſcrdamica etiam eſt illa in *Alph. Tibet. pag.*520. quam ſuis praeponere ſolent ſcripturis Lahae Tibetani: Hom-xa-thi ſi-than. In hac oratiuncula Tibetani manifeſte Deam Shakti Indicam ſeu Bhavani, Dei Shivae uxorem, naturam nempe, cuius matrix per lotum reprae-

repraeſentatur, adorant (1). Haec oratio per alphabetum Tibetanum populare modernum corrupta, ſi primigeniae ſuae Samſcrdamicae origini & ſinceritati reſtituatur, ita ſonat: ഓംശക്തിശുദ്ധം *Om Shakti shudham*. Fiat, Shakti Dea ſancta & immaculata! ഓം Om, ita, omnino fiat o ſancta & immaculata! Haec eadem eſt cum alia vulgariſſima Malabarico Samſcrdamica: ഓംശക്തിസ്വരൂപിയുടലുയിരവുംരക്ഷിക്കാ Om Shakti Sorubi udeluyravum rekshikà. *Fiat! o Shaktl Dea corpus & animam ſalva!* Hìc iam vides *Om* particulam orationibus ante & poſtponi, ſed quando eſt ſola, & non quando ſimul cum vocabula *Hum* conſtruitur, nam tunc orationi poſtponi debet. Littera ശ *sh*, Indoſtanis श, Talenganicis శ, Luſitanis *x*, Gallis *ch*, Germanis *sha*, a Tibetanis in litteram *x* converſa fuit. Ita pariter reliquarum vis, valor, & pronuntiatio hinc inde immutata, diminuta, & corrupta fuit. Videantur hae litterae & vocabula Namá, Shakti, Shudham, in vocabulario Amaraſinha, & in dictionario Samſcrdamico R.P. Hanxleden, item in dictionario D. Pimentel Archiepiſcopi Cranganorenſis, quae vide *in bibliotheca S. Congr. de Prop. Fide num. 9. & num. 3.* Sed videatur etiam in vocabulario Brahmanico Amaraſinha ſect. മനുഷ്യവർഗ്ഗം *Manuszavarggam* & in iiſdem

H duo-

(1) Deus Brahma, Deus Vishnu, Deus Shiva Brahmanicus, Deus Hopame, Deus Cenreſi, & Deus Cihama Torcéh Tibetanus, (vide *pag.* 552. *tab.* IV.) ſedet in loto ſeu nymphaea, elementa nempe ignis, aqua & terra in loto, id eſt in natura, cuius lotos ſymbolum eſt, ſedent. Non eſt itaque mirum quod Indi & Tibetani lotum venerentur. Hopame, qui ibidem exhibetur, eſt Indicus Budha ſeu Mercurius, qui *Lingam* alterum naturae generantis ſymbolum, & rerum principium, in manibus tenet & attente conſiderat ac meditatur. Hic nempe eſt ille Mercurii ſeu veteris Thot *liber*, qui naturae praecepta continet. Cenreſi eſt Indicus Vishnu & Shiva ſimul ut creatores ſeu generatores. Cihana Torceh eſt Shiva ignis, ut vindex & deſtructor. Ceterum Toth vel Thout a Bouth, Buth, Budh, Budha, littera *B* in *T* mutata & corrupta, derivari, atque Aegyptium Thout eumdem cum Indico Budha eſſe ſuſpicor ex eo quod epitheta Budhae in Amaraſinham allata, omnia etiam Thout Aegyptio conveniant.

Digitized by Google

duobus dictionariis, aliiſque Samſcrdamicis vocabulum *mani*, mani nempe illud, quod in celebri illa Tibetana oratione: Hum mani peme, continetur, & luce clarius videbitur màni, cum *a* longa ſignificare Phallum & infantem. Rem vero pretioſam, item unionem, item campanulam, item coronam ſignificat mani, quando pronuntiatur cum *a* vocali brevi. Nuſpiam ibi Manetis Haereſiarchae, nuſpiam idoli Omanipa, ſed nec litaniarum fit mentio, nulla horum ibi affertur ſignificatio. Quare, ut ſecurim ad erroris radicem apponamus, & hoc quod temere, quod arialondo, quod alii caecutiendo plantaverant, tandem evellamus, candidus lector ex allatis ſignificationibus diiudicet ipſe, quid ibi ſub vocabulo mani intelligatur. Támara vel  Padma abſque omni dubio vox eſt Samſcrdamica, quae lotum ſeu nymphaeam ſignificat ſub hac enim & non alia ſignificatione in praedictis dictionariis & in vocabulario Amaraſinha affertur, quod ibi vide *ſectione de floribus*. Tibetanum *peme* ab Indico & Brahmanico *padme* corruptum fuiſſe & lotum ſignificare, locis ſupra citatis ipſe convenit Bayerius & R.P. Georgius. Eſt ergo orationis ſenſus ipſis etiam adſtipulantibus: *mani in loto*. Quid ergo eſt iſte mani in loto? An Phallus ſeu Lingam, an vero gemma eſt pretioſa, quod nonnullis videri poteſt? Sed conſideratis omnibus a nobis ſupra allatis, nullus eſt iam haeſitandi locus. Mâni cum *a* vocali longa ſcribendum eſt, & *Lingam* ſignificat poſitum *in loto* ſeu Lingam omnium rerum principii ſymbolum, calorem progenerantem, creatricis naturae & auctoris naturae ſymbolum cum yoni, ſeu matrice, cum loto, nempe altero naturae procreantis ſymbolo unitum, priapum denique cum matrice, calorem cum humore coniunctum mâni illud & padma ſignificat. Hoc quamvis iam ſupra ſatis oſtenſum ſit, ne explicatio haec nova alicui dubitandi relinquat vel minimum veſtigium, ea quae dixi, ita probo.

Primo. Oratiunculae illi ut ſolet etiam fieri in Indicis, ſignum apponitur Lingamicum a Tibetanis ſuper vocula *Hum*, ſic enim ipſi ſcribunt (vide *p. 513. in Alph. Tibet.*) །ཨོཾ་མ་ཎི་པདྨེ་ཧཱུྃ།།

Hom

Hom mani peme hum. Ubi vides appoſitum ſignum illud Lingamicum  a nobis ſupra allatum, quod etiam Tibetanis eſt ſacrum. Hoc idem ſignum nempe  ſeu Hum affert R. P. Caſſianus Beligattius in Alphabeto Bramhanico ſeu Indoſtano *pag.*7. Sed male ibi precatiunculam *Hum Nama Sciddan*, explicat dicendo: *in nomine ſancti*. Nam aliud eſt námam cum *a* longa, nempe nomen, vocabulum; aliud eſt, namà cum prima a vocali brevi, & ultima *a* vocali aſpirata ſeu longa. നമതി, നമസി, നമാമി namadi, namaſi, namámi, adorat, adoras, adoro. നമഃ namá, adoratio, നമതു namadu, adoret ille, &c. Vide Amaraſinha, & grammaticam Brahmanicam *Sidbarúbam*. Non aliter ergo ibi ſonat, quam: *Om! adoratio ſancto, immaculato*, nempe adoratio Deo Ganésha. *Secundo*. Quia ut *pag.*500. *Alph.Tib.* aſſeritur, oratiuncula illa *Hum máni peme om*, Tibetanis legis compendium eſt. Talis eſt Indica illa om nama Shiváya, nempe adoretur Shiva Deus, ſeu, fiat! adoratio Deo Shivae. Unde haec oratiuncula ſancta dicitur, & dum moriuntur Indi, in huius non intermiſſa repetitione animam efflant. De ea haec habet linguae Samſcrdamicae peritiſſimus vir P. Iohannes Erneſtus Hanxleden in ſuo dictionario Samſcrdamico Luſitano: പഞ്ചാക്ഷരം. Pangiákſharam, *Cinco letras, que ſaõ nama Shiváya, que poem e mudaõ diferentemente, e dao varias explicaçoẽs, em que ſe funda toda a ſciencia dos jogues. Significa Xiven* (id eſt Shiven) *Seja adorado*. Yogui hi ſunt Shivenitae, id eſt illi Tibetani Lahae quos R. P. Georgius *Xacaitas* vocat. Secta eſt Deo Shiva, ſeu ſi mavis Deo *Xacae* ſpecialiter devota, & quae Lingam devote colit, & in tota India ac Tibeto extenſa, ac propagata eſt. Veteres nempe ſunt illi philoſophi, qui ab anno circiter 1400. ante Chriſtum natum, naturam & auctorem naturae ſub ſymbolo *Lingami*, *trianguli*, *ignis*, *ſolis* & *loti* colunt & adorant, & hoc ſymbolum nempe *Lingam* in collo aut ex brachio vel cingulo portant. Per hos cultus Priapi ſeu Lingami ſymbolicus in Indiis incepit, & inde in Tibetum, in Graeciam,

Syriam, Latium, & Etruriam penetravit (1). Confer de hoc Arnobium *lib.5. adverſus gentes*, ubi huius cultus originem in Indiis incepiſſe ſtatuit, & Clement. Alexand. *lib.3. Stromat.* §.194. *editionis Venetae*, ubi haec habet: *Brahmanes, ut ait Alexander Polyhiſtor in Indicis, mortem contemnunt, & vivere nihill faciunt: credunt enim eſſe regenerationem: aliqui autem colunt Herculem & Panem. Qui autem ex Indis Samanaei hoc eſt venerandi vocantur, nudi totam vitam tranſigunt, & colunt quamdam pyramidem, ſub qua exiſtimant alicuius Dei oſſa repoſita*. Haec omnia Shivenitis his Indicis & Tibetanis ad unguem conveniunt. Nam Hercules ſeu Sol, Shiva Deus eſt, ignis nempe, ſol, & calor, generans & Lingam, quem hic conus, ſeu pyramis in conum terminans ſignificat, & ſub qua forma hodiedum paſſim in Indiis Lingam ſeu Shiva generans & auctor, ſeu principium omnium rerum repraeſentatur. Pan Deus, Hanuman Simius, Indis & Tibetanis ſacer, ſolis filius, venti Deus ſeu ventus, muſices ſeu fiſtulae inſtitutor, hodiedum colitur, & ab hoc Simio, ſeu a Pane, Tibetani circa annum 1400. ante Chriſtum natum ſe deſcendiſſe autumant. Vide etiam *Alph. Tibet. ſub voce* Praſrinpo. Hic ergo ille eſt máni, qui ab Indis & Tibetanis colitur, nempe Lingam, quod Hopame Deus Tibetanus, & Budha Ceylanicus in ſuis manibus geſtant, & attente conſiderant, hoc illud inſtrumentum, ſeu màni, quo etiam Lahae Tibetani poſt mortem ſedendo, & illud in manibus geſtando ac meditabunde conſiderando, in parietibus templi Lahpranga pinguntur, de quo vide *Alph. Tibet.* Inſignis locus de his *Shivenitis* ſeu de his philoſophis nudis *Xacaitls* qui in auſtrali India *Pandaras* vocantur, eſt apud P. Norbertum Cappuc. *in cod. manuſcr.* quem ad manum habeo: *Quando il Guru* (magnus ſectae magiſter) *è morto, tutti li Pandaras* (Shivenitae Lingami cultores) *e tutta la ſetta del Lingam ſi aggiunta al ſuo Madam* (templum), *e gli pongono il ſuo Lingam*, (illud nempe quod in vita ex collo aut brachio ſuo portabat) *e gli pongono il ſuo Lingam tra le mani fermate una ſull' altra ſul petto, gli piegano le gambe ſotto di lui per farlo ſedere ſu li ſuoi taloni; portano così il corpo in*

(1) Vide Rhodiginum lib. 5. lect. ant. Sic.lib.2.cap.2.Gyraldum ſyntag.12.cap.1, C.4. S.Aug.lib.7. de civit. Dei,Diodorum

Digitized by Google

In un palanchino ſino al luogo della ſepoltura , pongono vicino lui una lampada acceſa , fermano il nicchio con alcune tavole , riempiſcono la foſſa di terra , e v' alzano ſopra un mauſoleo , ove guardano ſempre una lampada acceſa . Hoc eodem modo ſepeliuntur, & mortui depinguntur Lahae, & magni Lamae Tibetani, & hic eſt ille liber ſuppoſititius Manetis, quem ipſi manibus tenent, *Lingam eſt nempe naturae & auctoris naturae ſymbolum*, quod hactenus nemo philoſophorum, nemo miſſionariorum, nemo itinerantium vere & ſincere deſcripſit, minus vere explicavit. Reliquiae & certiſſimum veſtigium eſt antiqui priapeii cultus & ſectae, quae adhuc in Indiis & in Tibeto in toto ſuo antiquo vigore ſuperſtes eſt. Inde coni illi Tibetani in templis ad aram maximam poſiti, & inter lucernas collocati, inde conus ille ſacer ſeu pyramis, quae tripodi, ſeu triangulo ſacro inſidet, & in ſolemnibus proceſſionibus a Lahis vehitur, & thure colitur. Lingam nempe & triangulus auctoris naturae, & principii rerum omnium ſymbola ſunt, quae ab Indis & Tibetanis adorantur. Quod vero haec ad generantis naturae ſignificationem referantur, argumento tibi ſit epiſtola magni Lamae Tibetani in Alphab. Tibet. *pag.* 501. relata, ubi poſtquam P. Horatius Pinnabillenſis excitata perſecutione principi oſtendiſſet turpem, magicum, ac obſcenum eſſe Tibetanorum cultum, legem & religionem, ille anno 1742. die 8. iunii ita reſpondit: *occultam magiam* (nempe ſymbola naturae) *veſter legislator ignorat, illae imagines feminas amplectuntur: cum feminis tamen conſummationem non faciunt, vos neſcitis*? Hoc igitur Lingam naturae producentis, & principii rerum omnium ſymbolum, máni ſunt illa rotatilia, quae Tibetani in proceſſionibus, in publicis & privatis conventibus, in domibus & compitis gyrant, & continuo rotant, ut populus in ſuis neceſſitatibus, in periculis, in regni calamitatibus auctoris naturae recordetur, & ad eum clamet, ac accurrat. Ita accurrere libuit anno 1742. dum inopinato cometam in ſuo hemiſphaerio conſpexiſſent; vide *Alph. Tibet. pag.* 510. Hoc idem Lingam rotatile, rota legis, ſeu Ciò-ki khor vocatur; vide *pag.* 511., & *pag.* 512. legem hanc ſuam Shiveniticam ſeu Xacaiticam aeternam ac interminabilem eſſe dicunt, et bene dicunt: quia quamdiu natura ſubſiſtet, tamdiu et Máni ſeu Lingam naturae ſymbolum

Digitized by Google

bolum ſubſiſtet, et quouſque generationum et corruptionum ordo, per quem antiqui omnia ſubſiſtere dicebant, durabit, etiam Mâni Tibetanum et Lingam Indicum generationis et principii ſymbolum, ac eius religio philoſóphica et lex durabit. De cultu ignis et aquae apud Indos confer etiam opus *Aſiatick reſearches p.* 253. Et de Lingam ac eius cultu publico apud Indos *pag.* 254. Ubi bene notanda ſunt illa verba: *In Hinduſtan* (quod etiam intelligendum de Tibetanis) *it never ſeems to have entered the heads of the legislators or people that any thing natural could be offenſively obſcene; a ſingularity*, *wich pervades all their writings and converſation, but is no proof of depravity in their morals*. Et certe Europaeis Indos mores corruptiores habere mihi numquam viſum, et Lingamicum ſymbolum religio eſt bonae alioquin gentis praviſſima: Sed de his ſatis ſuperque. Fontes enim miſſionariis, et errorum cauſſas ac occaſiones non intellectae hactenus Samſcrdamicae linguae indicare ſufficiat; ipſi linguae huic ſtudeant, examinent, videant, et omnia attente examinando convincantur. Nunc igitur claſſicos Samſcrdamicos libros depromamus.

Primus itaque Brahmanicus ſeu Samſcrdamicus liber Miſſionariorum manibus ſemper terendus eſt vocabularium Brahmanicum *Amaraſinha*. Hic liber per varias ſectiones nomina Deorum, aſtrorum, elementorum, rerum ſpiritualium, ſcientiarum, colorum, terrae, mundi, montium, fluminum, arborum, plantarum, animalium, hominum, tribuum Indicarum, ſacrificiorum, agriculturae, artium mechanicarum, etc. explicat, terminos ſeu vocabula eadem plures ſignificationes habentia in ſectione *Nanártha varggam* affert, tum denique adverbia et quidquid indeclinabile eſt in *Avya vargam* adducit. Vocabularium primum iſtud verſibus primigenie et in ſua origine fuit ſcriptum, eius tamen habetur explanatio linguis Indicis gentilitiis, ut Tamulica et Malabarica, et haec explanatio தமுஷ்குட்ட *Tamusbkutta* vocatur in auſtrali Indiae parte. Nitida et correcta huius vocabularii exemplaria ſunt quaerenda et legenda, nam multa fuere vitio amanuenſium corrupta, truncata, et depravata, ex quo fit, ut una ſubinde dictio male ſcripta, quin et una littera ex ignorantia aut oſci-

oſcitantia alteri ſuppoſita, vocabuli ſenſum immutet. Nomen Amaraſinha auctoris & non libri nomen eſſe putant Calcuttenſes Angli in opere *Aſiatick reſearches p.*354. diſſertatiuncula in litteraturam Indicam. Sed quia nullam omnino aſſerti probationem afferunt, nemo ſibi religioni ducat, ab opinione eorum diſcedere. R.P.Erneſtus Hanxleden ita ſcribit: അമരസിംഹം Amaraſinham, *hum livro, vocabulario do Grandam*. Amara bellum, & ducem exercitus, vel etiam Navarcham, qui ad timonem ſedet, ſignificat, amaram vero, puppim navis. Amaren autem immortalem, Genium, Deum. Sinham eſt leo, unde compoſitum eſt Amaraſinham. Inter has itaque ſignificationes convenientior eſt illa, quae librum hunc tamquam fortem leonem & ducem denotat, modo nempe allegorico, qui libris Brahmanicis communis eſt: ſic ipſi dicunt, Ciandrodeyam; *curſus lunae*, qui unius libri titulus eſt. Shiva mangalam, *Shivae Dèl cultus felicitas*, qui alter alterius libri titulus. Cinda maní *unio ſive gemma cogitationis vel reflexionum*, qui alter liber eſt. Confer de his Indicis librorum titulis catalogum manuſcr. Indicorum bibliothecae regiae Pariſienſis *fol.*434. *& ſeq.* ubi plures ſimiles titulos reperies. In eodem citatur Amaraſinha *num* 42. & *num.*244., quamvis paulliſper corrupte, hoc idem corrupte citat in *appendice n.*110. Anquetil du Perron, Sonnerat & alii.

Grammatica Samſcrdamica vocatur സിദ്ധരൂപം *Sidharúbam*, quae dictio nihil aliud ſignificat, *quam notionem & formam nominum ſeu vocabulorum in mente retinendorum*. രൂപം rúbam enim notionem, formam, imaginem ſignificat, & സിദ്ധം eſt retentio, comprehenſio in mente, formae nempe illius & imaginis variorum nominum in diverſos caſus, genera, & declinationes deſcendentium. Grammaticam ſublimioris linguae, nempe litteralis a gentilitia Indoſtana diſtinctae, Suoaraſot a Brahmanibus ſeptentrionalibus vocari dicit R.P. Caſſianus Beligattius in *Alph.Indoſtano p.*103. *& alibi*. Voluit nempe ille dicere: സാരസ്വത saraſvada: id eſt

ars bene, *cum guſtu*, *harmonice*, *ſecundum regulas loquendi*. *Saraſam* enim harmoniam, & rem aliquam cum guſtu & regula harmonica factam vel faciendam notat, & *vada*, vel *vadam* dictionem, ſeu locutionem ſignificat. Haec grammatica, & alia de qua loquitur Stephanus Fourmont in catalogo cod. manuſcr. bibliothecae regiae inter codices Indicos *num.*215., & auctores diſquiſitionum Aſiaticarum *pag.* 354., quam *Mugdabodha* appellant, a Vopdêva Goſâmi compoſitam; an cum noſtra eadem ſit, plane ignoro, quia utriuſque exemplar ad manus non habeo, ut ſimul cum noſtra conferre poſſim. Hoc tamen lector ſibi certum habeat, grammaticam noſtram veram & ſinceram Brahmanum Samſcrdamicam grammaticam eſſe, vocabulario Amaraſinha coaevam, utpote quae vocabula omnia, quae in hoc vocabulario exſtant, declinandi, & verba coniugandi regulas tradit, ut infra videbimus. Cur hanc linguae litteralis & ſacrae Samſcrdamicae grammaticam adeo difficilem, & non potius linguae vulgaris grammaticam tradam, ipſi forte mei commiſſionarii quaerent. His paucis reſpondeo: grammatica vulgaris linguae gentilitiae, qualiscumque illa ſit, ſemper per grammaticam linguae litteralis & liturgicae rectificari debet et ſolet, quia vocum radices inde deſcendunt, et inde in linguas Indicas gentilitias tranſeunt. An non igitur melius eſt limpidam aquam in fonte bibere, quam in aliis rivulis, ſtagnis, paludibus, et eam quidem turbidam, ſtagnantem, et ſemiputrem? An non melius aurum ex ipſa aurifodina extrahitur, et ſincerum ac purum, quam inter arenam hinc inde diſperſum, aut aliis millenis mineralibus alligatum, permixtum, depravatum? Deinde vocabulario huic et grammaticae Brahmanes, et Chriſtiani S. Thomae nuncupati, ſtudent; quidni ſtudere poſſint etiam miſſionarii pro religionis bono, et ſcientiarum augmento, ideo cumprimis, quia pauca de Brahmanibus monumenta, et illa pleraque per linguae imperitos viatores Europaeos corrupta, et vitiata habemus? Neque vero grammatica haec adeo difficilis eſt, ut quemquam ab huius linguae ſtudio deterrere debeat, aut poſſit. Improbus labor omnia vincit, et peracto primo greſſu, facile ipſa penetrantur ſacra adyta, in quibus deinde multa nova, curioſa, utilia, et mirabilia inveniuntur.

Secun-

Secunda pars grammaticae eſt liber വ്യാകരണം *vyágarnam*, qui ſyntaxeos praecepta continet. Indoſtani ut obſervat auctor Alphabeti Indoſtani ſeu Vanárenſis hunc librum Biakarn-dar vocant, vide *pag.*49. Hoc quidem corrupte, ut etiam corrupte ſcribit Anquetil du Perron in *appendice tom.*1. *num.*113. ubi ſyntaxim hanc *Viakern* vocat. Viágarnam ego doctiſſimi viri P. Iohannis Erneſti Hanxleden deſcriptum habeo. De eo Angli Calcuttenſes in opere *Aſiatick reſearches pag.*341. quos ibi vide. Initium libri vyágarnam eſt hoc:

യെനാക്ഷരസമാമ്നായമധിഗമ്യമഹെശ്വരാൽകൃത്സ്നം

വ്യാകരണംപ്രൊക്തഃ Yénákshara Samámnáya-madhi gamya Mahéshvarál Krtſnam vyágarnam prokta etc. Quod initium libri ideo attuli, ut per illud ab aliis libris primo ictu oculi diſtinguatur, et cognoſcatur.

Poſt hos tres libros claſſicos et grammaticales, primi ordine, dignitate, et publica ac univerſali Brahmanum aeſtimatione legendi veniunt tres celeberrimi libri: മാഘഃ Mágha, ഭാഗവതഃ Bhágavada, യുധിഷ്ഠിരഃ Yudhishtira. Primus inter poemata princeps habetur, ita ut in proverbium tranſierit: കാവ്യെഷുമാഘഃ Kávyeshu Mágha, inter poemata princeps Mágha. Stilo ſcriptus eſt correcto, nitido, eleganti, ſucco & energicis expreſſionibus pleno, conciſo tamen & intellectu difficili. Cogitationibus refertus eſt ſublimibus, & admirabili theologia ac Philoſophia totus quantus abundat. Expreſſiones vero continet divina maieſtate et religione dignas; utinam ſemper haberet veras et a vera religione non alienas. Hunc ego primum, aut certe unum ex primis Brahmanicis libris eſſe puto; narrat enim geſta Dei Vishnu, principalis nempe Dei, ſeu Genii incarnati, qui cum Irania malorum Geniorum principe conflixit, et eum devicit, idque univerſalis diluvii tempore, vel ante hoc tempus, cum nempe generis humani maſſa corrupta divinae legis prae-

I cepta

cepta contempſerat, et propter quem contemptum diluvium univerſum orbem inundavit. De hoc itaque diluvio hic liber habet multa, et de perditione legis et librorum divinorum, quos Irania furto ablatos in mare proiecerat. Haec prima Dei Vishnu incarnatio eſt, et ultima illa quae refertur in libro Bhágavadam, de Vishnu Deo in Krshna incarnato. Ex quo ſuſpicor librum Mágha ante librum Bhágavadam compoſitum fuiſſe. Sed haec incerta. En libri Mágha primas ſtrophas, a me ex fragmento libri huius in latinum verſas.

STROPHA I.

ശ്രിയഃപതിശ്രീമതിശാസിതുംജ്ജഗന്നിവാസൊവസു
ദെവസദ്മനിവസന്ദദർശാവതരന്തമംബരാദ്ധിരണ്യഗർഭാ
ംഗഭുവംമുനിംഹരിം

Shría badi Shrí madi sháſidum geguel gani váſo Váſu Déva ſatmani vaſanda darsháva taranda mambarádhi Iranya garbhága bhuvam Munim Harim.

Lucis Dominus, lumen intellectus, peccati vindex, ſanctitas ipſa, totius mundi Dominus, & gloria ſua replens univerſa, per ſe exſiſtens Deus, domum ſuam, infinitum ſuum intellectum & voluntatem conſiderans, Ipſe ſe ſolum ſibi ſimilem reperit & intellectu perfectiſſimum. Hic Deus in caelis habitans exorſus eſt bellum in mundo contra malum Genium & gigantem peſſimum Iranya, quem in forma poenitentis Vishnu Deus iſte occidere paravit.

STROPHA II.

ഗതന്തിരശ്ചീനമനൂരുസാരഥെഃപ്രസിദ്ധമൂർദ്ധ്വജ്വല
നംഹവിർഭുജഃപതത്യധൊധാമവിസാരിസർവ്വതഃകിമെത
ദിത്യാകുലമീക്ഷിതഞ്ജനൈഃ

Gadantirashvi nagemanuru sárathe praſidham uurdhva dgivalanam havir bugia padadyadho dháma viſári ſarvada kimédaditya kula mikshida geneï.

Dic

Dic ergo, enarra iram Dei hominis, regionem terramque, bellum, exercitus ducem ubique celebrem, diſſimilem inter hos duos pugnam, conflagrationem plurimam, pedibus ſuper ſerpentem devictum iacentem Viſhnu, ennarra etiam in mundo inferiori ubique vagantes larvas, incertas & incognitas tenebras, creaturarum varia genera, oculum rerum & ſcientiarum omnibus libris inſcriptum.

STROPHA III.

നവനനൈധൊധൊബൃഹദഃപയൊധരാൻസമൂഢക
ർപ്പൂരപരാഹപാണ്ഡുരംക്ഷണംക്ഷെണൊക്ഷിപ്തഗജെന്ദ്ര
കൃത്തിനാസദൊബമംഭൂതിസിതെനശംഭുനാഃ

Navana ghe dho dho brhada payodharán ſamùdha karpura paràha pàndhuram kshenam ksheno kshipta guegendra krtina ſadobamam bhudi ſidèna shambhuná.

Sanctitatis lux aeterna & infinita, myſterii conſervator ſingularis Deus multis lac immortalitatis bibere volentibus ſaturitatem praebere vult omnibus, attamen illis qui malitiam non reiiciunt, Dominus hic inſipidus & ſtolidus videtur, bonis vero dulcis eſt & in conſcientiae ſinu ſedet verbum veritatis amans & extraneam vocem audire nolens. Cito cito antequam mors irruat reiecta ſomnolentia diu noctuque Dominum laudate o vos veri poenitentes! Elephantis officio ſimile opus faciendum eſt, omni exceptione maior cultus exhibendus. Expergiſcimini veri cultores Viſhnu dulcedinem caeleſtis ambroſiae recogitate.

Fragmentum iſtud huius libri a Brahmane acceptum ego cathecumeno Paillo nomine ex tribu Nayrum tranſcribendum dederam, hic cum me abſente deſcriberet, mihi viſus eſt aliquas litteras in contextu Samſcrdamico omiſiſſe, quas ego poſtea variis negotiis praepeditus reſtituere, aut ſaltem ad autographum conferre non potui. Relinquo itaque textum Samſcrdamicum in ſequentibus tribus ſtrophis, & eas ſecundum contextum linguae gentilitiae Malabaricae qua ille originalis textus redditur, afferam.

STROPHA IV.

Pigritiam, invidiam & ſuperbiam deponite o vos omnes qui huiuſmodi metempſychoſes ſubiviſtis. O vos viventes, o vos homines in

 mundo

Digitized by Google

mundo exſiſtentes; o vos caeleſtes ſpiritus huius ſplendoris claritatem, opus bonum & perfectum ſine macula ſuſcipite! O vos aves huius operis compoſitorem, qui velut cycnus bonae indolis eſt, & bona refert, ſuſcipite. Sed non ſuſcipiunt mendaces & falſi poenitentes qui haec capere nolunt!

STROPHA V.

Malus enim vir, qui virtutem intra ſe non recipit, quaſi urens ſolis radius eſt, qui nymphaeam occidit. Aſt vos ut apes in flore & fructu ananas mel & dulcedinem exſugunt, bonum Domino famulatum praeſtate, obſcuri huius mundi honores relinquite, bonae mentis lumen apprehendite, & certiſſime Dominus in interiori veſtro exorietur.

STROPHA VI.

Qui corporis ſaturitatem & plenitudinem averſatur, ut ſol & luna reſplendet, & anima illius per lucem bonae meditationis clareſcit. Hoc & non alio modo Dominus conſpici poteſt, atque hoc modo per bona opera viſum conſpectumque fuiſſe, veterum ſapientum & Heſychaſtarum eſt ſententia & ſcientiae opinio. Per temperantiam corporis, mens eſt illuminanda, per animam tuam corpus ſervire facito. Per lacrimas, quas orando fundimus, tamquam per aquam luſtralem vitia abluuntur, & corpus ſanctificatur. Quemadmodum odor florum cerebrum afficit, ita illae lacrimae afficiunt Dominum. Haec quidem officia ad inſtar parentantium dolore plena ſunt, ſed quia vera obſervantiae ſemita haec eſt, teneri debet, & ipſa in caelis mare beatitudinis operatur, heic vero terram frugiferam efficit. Quae omnia Domini regna eſſe, tu omnino intelligere debes.

Alter liber in tota India celebris eſt Bhágavadam, totius nempe Indicae legis & religionis compendium. Huius libri initium eſt hoc: ഹരിശ്രീഗണപതയെനമഃ അവിഘ്നമസ്തു വിഷ്ണുരാദ Hari Shri Ganavadayè namá, avighna maſtu, Vishnu ràda. Haec adorationis eſt formula libro praefixa, & titulus libri; initium autem poematis eſt hoc:

കഥിതൊവംശവിസ്താരൊഭവതാസൊമസൂൎയ്യയൊഃ
Kathido Vamsza Viſtáro bhavadá Sóma Suryayo.
രാജ്ഞാഞ്ചൊഭയവംശ്യാനാഞ്ചരിതംപരമാത്ഭുതം
Rágnáciobhaya vamſzyánam ciaridam paramátbhudam.

Admirabilis plane eſt hiſtoria geſtorum, ex ſole et luna progenitorum utriuſque ampliſſimae ſtirpis regum ab ipſo (viro gravi) narrata.

Ex libro Bhágavadam plures ſtrophas et fragmenta paſſim adferunt Angli in opere *Aſiatick reſearches*, quae ibi vide. Niebuhr *tom.2.pag.26.* libri huius vocabulum, ut alia, corrupte ſcribit: *Sribahagavantporam*. Nempe dicendum erat: ശ്രീഭാഗവതപുരാണം *Sribhágavadapuránam*, hiſtoria antiqua celebri (*Shri*) libro Bhágavadam contenta. Sonnerat multa ſe ex Bhágavadam excerpſiſſe, & in ſuum itinerarium retuliſſe affirmat, verum quomodo id fieri potuerit a viro alioquin linguarum Indicarum imperitiſſimo, hoc plane ignoro. Perlegi ego totum ipſius opus, & ne unum quidem originalem libri Bhágavadam reperi textum, ſed aniles ubique fabulas, naenias, et commenta infimae Indicae plebis. Raptim, et currendo ipſe illas terras ac populos viderat, & abſque cognitione linguarum, vendit tamen ipſe centones ſuos et impoſturas. Niebuhr ſaltem candide fatetur ſe linguas Indicas neſciviſſe, & in hoc modeſtia ipſius eſt commendanda, nec vitio vertendum, ſi vocabula Indica pleraque corrupte adferat, et plebeas ſubinde adducat fabulas pro vera Brahmanum, & aliorum Indorum religione. Aſt alter & linguarum imperitus erat, et nimium credulus primo cuique baiulo ſibi obvio aures dabat, et tamen res illas pro ſacris ac veris Brahmanum opinionibus, ſententiis, ac doctrina venditat, et imperitis, ac Indicarum rerum ignaris Europaeis imponit. Quoad res Indiae politicas et civiles eum carminat, perſtringit, et ſerio caſtigat Charpentier de Coſſigny epiſtola ad ipſum data. Vide *lettre a Mr. Sonnerat par Mr. Charpentier de Coſſigny* 1784. *a l'imprimerie Royal a l'Isle*

a l' Isle de France. D. Court de Gebelin (1) librum Bhagavadam per Marida Poule interpretem Indicum in linguam Gallicam verſum, & D.Bertin primario Adminiſtro dedicatum fuiſſe ſcribit. Verùm non ita facile liber ille Bhágavadam vertitur in Gallicum idioma, ut putat D. Court de Gebelin. Doctiſſimi Brahmanes in eo in gentilitias Indicas linguas vertendo maximas difficultates patiuntur, quid ergo faciet ſcriba unus ſacrae linguae imperitus?

Ceterum haec ſuppoſititia verſio publicam lucem hactenus ſaltem, quantum ego ſciam, non aſpexit. Si ad latus textum libri originalem & Samſcrdamicum dederit, quid de ea dicendum ſit, tunc diiudicari poterit. Libri Bhágavadam originalis exemplar unum in foliis palmae a Brahmane quodam deſcriptum, & pervetuſtum ego ad manus habeo. Hoc cum anno 1722. Rex Samorinus Regi Coccinenſi bellum intuliſſet, a profuga Brahmanica quadam familia apud Chriſtianum S. Thomae in Angamali depoſitum & oppignoratum ad heredes ipſius tranſivit; a quibus deinde ego illud pretio comparavi. Ad hunc igitur codicem, & reliquos, quos ſupra adduxi, videndos, examinandos, & iuſto criterio ſubiiciendos, ſi qui ſunt Romae durae cervicis philoſophi & critici, qui miſſionariis non credendum eſſe dicere audeant, veniant, videant & probent. Anglos, Gallos, Germanos & Italos perquam humaniter & officioſe invito, veniant, & me praeſente, examinent. Sciolos, ſycophantas, obtrectatores clancularios, ac petulans furfur philoſophicum flocci facio; veniant viri eruditi, candidi, ſinceri bonarum artium cultores.

His duobus libris religioſis duo addenda ſunt poemata epica, quae rerum Brahmanicarum cupidi continuo manibus terere debent, & mente ſerio intenta perlegere. Liber രാമായണം *Rámayenam*, qui bellum inter Shri Ráma (quem Bacchum Indicum eſſe ego alia diſſertatione probo) & Rávana regem Ceylan ſeu inſulae ലംക laenga geſtum fuſe deſcribit, plenus eſt vivis imaginibus, ideis ſublimibus, & nobili quadam maieſtate. Huius verſus prae foribus delubrorum Indicorum emphatice coram popu-

(1) Vide Plan general & raiſoné de divers obiets, & des decouvertes, qui compoſent l'ouvrage intitulé : Monde primitif. &c. *a Paris chez Boudet*, *pag*.70.

populo & concione canuntur, ut plebs viva heroum ſuorum Indicorum imagine, & actionibus pro patria fortiter geſtis, in patrii ſoli & veteris religionis amorem accendatur, & in eo confirmetur. Praeterquam quod liber hic ſcriptus ſit ſtilo correcto, nobili, eleganti, energico, & verſus undique ſint maieſtate pleni, qui Virgilii Aeneidi in nihilo cedant, notiones quoque plurimae veterum Indicarum rerum ex eo hauriri poſſunt, dummodo id, quod mere poeticum eſt, ſecernas, & hiſtoricas res caute ac prudenter amplectaris. Hunc librum inter codices manuſcr. bibliothecae regiae Pariſienſis Stephanus Fourmont affert *num.*12., & *num.*32. Verum cum ego ex Indiis redux illum *num.*12. ſignatum legendum poſtulaſſem, illius loco datus mihi fuit alter illi numero ſuppoſitus. Quare aut Stephanus Fourmont alucinatus eſt, aut ordo codicum fuit perverſus, ita ut alii aliis fuerint ſuppoſiti. Hoc idem obſervavit etiam Sonnerat, dum libro *Ezourvedam* dicto aliud manuſcr. cuiuſdam Miſſionarii ſuppoſitum fuiſſe narrat. De hoc libro obiter plura afferunt Angli in opere *Aſiatick reſearches*. Rámayenam poema ex ſacra lingua Samſcrdamica in plures gentilitias Indicas linguas verſum, translatumque fuit. In Malabaria celebris eſt illa verſio, quae linguae ſacrae peritiſſimo viro തുഞ്ചത്തച്ചൻ ſeu Domino in et a Tunciatta adſcribitur. Ea itaque Malabaricis verſibus conſtat, ſed multis vocabulis hinc inde Samſcrdamicis ad elegantiam primigeniam ſermonis conſervandam reſperſa eſt. Ita & Támulenſes ſuas habent verſiones, ſed videndum a quonam ſint factae, et an originali reſpondeant; ſolent enim poetae ſemper aliquid de ſuo addere, ut amanuenſes deſcribendo ſolent originales codices plerumque vitiare.

Aliud elegantiſſimum poema Epicum eſt യുധിഷ്ഠിരവിജയം *Yudhisbdiravigea*, ſeu de victoria filiorum regis Yudhu, alias Pándava dictorum, quos cum Rex Pándu vel Pánnu ex Cundi uxore ſua vi cuiuſdam magicae orationis, et ſine carnali complexu ſuſcepiſſet, emortuo patre Pándu, centum alii fratres conſobrini, ob illegitimam et non naturalem nativitatem horum quinque fratrum Pándava dictorum, defuncti patris hereditatem adiri poſ-

ſe

ſe negabant, et Pandavas quinque fratres ex regno expellere volebant. Sed hi ducem pro ſe belligerantem habuere Krshna, ſeu Vishnu Deum incarnatum, qui una cum Argiuna ex his quinque fratribus praecipuo bellatore et heroe centum illos conſobrinos bello ſuperarunt, devicerunt, et patris Pandu regno potiti ſunt. Hanc fabulam ad reges Pandion Athenienſes, vel etiam illos ad hanc Indicam hiſtoriam vel fabulam referri ſuſpicantur auctores diſquiſitionum Aſiaticarum, quae coniectura ſuſtineri non poteſt (1). Vide de regibus Pandion Graecis Euſeb. *in Chronico* alioſque.

(1) Ex traditione Brahmanica, quam refert Abraham Boger in libro Germanico cui titulus: **Rogers offene Thür zu dem verborgenen Heydenthum**, ſeu ianua reſerata ad occultum paganiſmum, *cum observationibus breviss. ac select. mantissis* Chriſtoph. Arnoldi. *Norimb. Anno* 1663., Deus Vishnu in Krshna incarnatus, natus eſt in urbe *Madura* in Indiis non procul ab urbe *Agra* exſiſtente. Iam vero Ptolemaeus *lib. septimo tab*.x. Geographiae veteris, *Venet. anno* 1562. *p*.248. civitatem *Madura deorum* cum aliis pluribus ad montem Vindium verſus ſolis ortum ponit; et paullo ſupra, circa Hidaſpum ſeu Gangem regionem Pandavorum conſtituit, cuius etiam civitates enumerat. Addunt vero editores Ptolemaei haec verba: *Pandea gens a feminis regitur*, *Plinius & Arrianus*. Cum igitur & natalis locus Dei Krshna in Madura civitate, & gens ac regio Pandavorum, quos Indi communiter Pandava, vel Pandaver nominant, quod vide in dictionario P.Hanxleden ſub voce *Pandava* vel *Pandu*, in Indiis ad Gangem ſtatuatur a veteribus Graecis & Indis, mirum ſane cuique videri debet, quomodo Calcuttenſes Angli in libro *Asiatick researches* hiſtoriam Dei Krshna ad Graecorum fabulas referre potuerint, & Deum illum Apollinem Graecum eſſe dixerint, quaſi Brahmanes illum a Graecis accepiſſent. Certe recte contrarium ipſi inferre debebant. Liber proinde Brahmanicus *Yudhishtira* dictus, qui de Deo Krshna ac de bello filiorum Regis Pandu cum centum conſobrinis ſuis geſto tractat, ad bellum Indicum & ad reges Pandavas Indicos refertur, non autem ad reges Graecos Athenienſes Pandion, de quibus Euſebius *in Chronico*, id quod iidem hi falſo putant Angli. In memoriam huius victoriae per Krshna Deum & ducem Argiuna a filiis Regis Pandu quinque fratribus obtentae, menſe decembri dies feſtos agunt Brahmanes, ut idem erudite iam obſervavit rerum Indicarum peritiſſimus Abraham Roger. An vero Brahmanes dies feſtos agent, an publica laetitia & memoria celebrabunt bella, & victorias Graecas? An Angli publica memoria celebrant victorias Gallorum aut Moſcovitarum? Quia vero poema epicum praedictum *Yudhishtiravigeam* regni Pandavorum principia & primum ſtabilimentum deſcribit, ut librum illum legenti patebit, ſequitur, librum illum Brahmanicum vetuſtiſſimum eſſe, ac fortaſſis ultra mille annos ante Chriſtum natum referri debere, regnum enim Pandavorum tempore Arriani, Plinii & Ptolemaei adhuc exſiſtebat, neque probabile eſt paullo ante aetatem horum ſcriptorum formatum fuiſſe. Traditio etiam Brahmanica de formatione Pandavarum regni multo longius ante tempora aerae vulgaris principium & bellum horum Pandavarum refert. Notandum vero regnum hoc *Pandù* ſeu Pandavorum aliud & omnino diſtinctum eſſe a regno *Pándi*, Pandionis ſeu Madure,

Digitized by Google

que. Poema hoc, ut dixi, elegantiſſimum eſt, et a tironibus linguae Samſcrdamicae cumprimis legendum, quia ſcriptum eſt ſtilo facili, nitido, claro, correcto et eleganti, ob quod etiam primo a magiſtris Brahmanicis poſt grammaticam & vocabularium Samſcrdamicum diſcipulis praelegi ſolet, ut ex eo modum conſtruendi, verba coniugandi, & phraſes Samſcrdamicas addiſcant. Nos ex hoc libro plura exempla in grammatica adducemus. Hi itaque ſunt libri claſſici & celeberrimi in India, quorum lectionem commendamus, & hi ſufficiunt ad totum unius viri vitae tempus impedendum, ſi revera, & non obiter, res Brahmanicas ſcire, & pertractare velit. Poſt adductos vero celebriores libri ſunt ſequentes, quorum notitiam dare volui, ut homines Europaei in Indiis exſiſtentes, eos eo facilius inter gentiles perquirant.

രഘുവംശം Raghuvamszam, poema celebre, quod de Vishnu Deo ex familia Regis Raghu nato agit.

ധൎമ്മകീൎത്തി Dharmakírti, de inſtitutione tribuum, & officiis earum.

പഞ്ചാക്ഷരമാഹാത്മം Pangiákshara mahátmam, de quinque ſyllabis ſacris *nama Shivaya* dictis de quibus nos ſupra egimus.

ഗാഥ Gádha, paſtoralia Dei Krshna.

മാധവ്യം Mádhavyam, de aſtrologia, & rebus gynaecei.

പ്രപഞ്ചസൃഷ്ടി Prabangia srshti, de creatione mundi.

ബ്രഹ്മാണ്ഡപുരാണം Brahmánurpuránam, de quatuor aetatibus mundi & rebus Brahmanum in iis geſtis.

ശ്രീകൃഷ്ണവിലാസം Shri Krshna viláſam, de geſtis paſtoralibus Dei Krshna.

re, quod ex Arriano & Ptolemaeo ad oram piſcariam in auſtrali Indiae parte extendebatur, & cuius regia erat Madure hodierna inter Mayſſur & Tanjaur ſita. De qua re confer mappam Geograp. D. d'Anville, & de la Tour, *Theatre de la guere* inſcriptam. Pariſiis an. 1770. inciſam.

കുമാരസംഭവം Kumára ſambhavam, de progenie Dei Subrahmania ſeu de origine Dei Kártigea.

സംഭവം ſeu പുരാണം Puránam de origine mundi, rerum, elementorum, deorum, geniorum, heroum, dearum, heſychaſtarum, Muni dictorum, de incarnationibus, & geſtis Vishnu, &c.

സ്മൃതി Smrdi, de religione & iuſtitia libri octo.

മനുസ്മൃതി Regis Manu memorialia, ſeu ſyſtema legum & inſtitutionum Indicarum civilium. Qui pluta de Indicis libris ſcire cupit, videat in *Aſiatick reſearches* inſcriptam *diſſertationem in litteraturam Indorum*.

കഥിതൊവംശവിസ്താരൊഭവതാസൊമസൂര്യയൊഃ

രാജ്ഞാഞ്ചൊഭയവംശ്യാനാഞ്ചരിതംപരമാത്ഭുതം.

Hoc slogam conſtat ex 32 pedibus ſeu ſyllabis, quippe in quovis verſu habentur ſexdecim. Nunc diſtinguenda inter ſe nomina, verba, particulae, ut omnia ab invicem ſeparata dignoſcantur, & hoc dicitur *padam murrikunu* a magiſtris. En itaque ſeparationem praedicti verſus ſeu decompoſitionem nominum & verborum.

കഥിതഃ വംശവിസ്താരഃ ഭവതഃ സൊമസൂര്യയൊഃ

രാജ്ഞാം ച ഉഭയഃ വംശ്യാനാം ചരിതം പരമാത്ഭുതം

Hoc itaque eſt illud ipſum slogam decompoſitum; nunc ordine naturali ipſius proſae affertur, quod dicitur അന്വയം ſeu conſtructio naturalis libera.

ദിവാകരസൊമാന്വയവംശവിസ്താരകഥനഃ

A dominatione ſua ex ſole & luna progenitorum ſtirpis amplitudo narrata

ഉഭയവംശ്യാനാം രാജ്ഞാം ചരിതം പരമാത്ഭുതം

Ambarum familiarum regalium vita (geſta) admirabilis. Ex his iam vides caſus & declinationes nominum quando conſtructio eſt libera nec metri legibus ſubiecta. Ita argumentare de aliis slogam omnibus, quae ope boni magiſtri facile decomponi ſeu reſolvi poſſunt, quamquam hoc ſemper non ſit neceſſarium, ut ſenſus verſus alicuius exacte noſcatur, cum ſola prima Malabarica aut quacumque gentilitia explicatione facile ſub oculos cadat, & percipi poſſit. Verum dum de fundamentali ſeu radicali explicatione agitur, ad convictionem, ad tollenda omnia aequivoca, falſas interpretationes, aliaque quae opponi poſſent, aut de quibus aliquod dubium ſubeſſe poteſt, tunc verſus illi decomponendi, & proſae ſeu naturali & liberae conſtructioni reſtituendi ſunt, ut ita diſtinctis caſibus, particulis, verbis, & verborum temporibus, clara & certa convictio de ſenſu vero alicuius verſus dari poſſit.

ക്ലിഷ്ടാം ധൈര്യമനസാം ത്യജ ദിഷ്ടാം ധൈര്യമനസാം മമ

ധൈസിലകാം പശ്യ: ചാപധരാഃ യാന്ത്യാമഃ സ്വാമിന

ഹതാ ധരായാഃ രാം രാധരാഃ സ്യാമഃ In libro Yudhiſtira c.4.

Hoc slogam eſt decompoſitum ſeu ſolutum.

Vacillantem fortitudinem proiiciamus, inimicorum oſſibus idoneum mei enſis ferrum videamus, arcum & ſagittam portantes progrediamnr, hoſtibus occiſis regionis domini ſimus.

ത്യജ proiiciamus ലൊട്ട് *in imperativo*. ത്യജ . ഹാനൗ.vult dicere quod ത്യജ proveniat a verbo ഹാനൗ ſeu a verbo quod ſignificat proiicere, deſtruere.

പശ്യ . ലൊട്ട് *In Imperativo* provenit a verbo ദൃശിര് പ്രെ

X ക്ഷെ

കണ്ടൊ . പശ്യ videamus. യാസ്യാമ progrediamur ചെല്ക, provenit a യാ പ്രാപണെ ſeu a verbo quod ſignificat exire, progredi &c. സ്യാമഃ ſimus ചെല്ക *in imperat.* ഭവന്തി venit a verbo eſſe, exſiſtere &c.

ഇത്ഥം നിശ ജനക വചഃ ശ്രുത്വാ അഥ സകല സജ്ജ
നകവചഃ പാൎത്ഥഃ സ്ഥിത്വ പിതൃഃ ഉഗ്രക സാര ഹയം
രഥം ആരുഹ്യ കടസാരം രണയജൽ. In libro Yudhishtira cap 4. *Hoc ſlogam eſt ſolutum*.

Ita optimi patris dictis auditis (verbis exceptis) poſtea una parte lectiſſimorum virorum cohorte inſtructus Argiuna, ſui patris praeclaram fortitudinem imitatus, equis inſtructum currum conſcendens hoſtem delevit. Hi aliique verſus in explicatione libri Yudhishtira vigeam referuntur, quem librum vide.

ചിത്തെ സ്വസ്ഥെ സൎവ്വം ഭവെത്സ്വസ്ഥമയഞ്ജഗൽ
ഉപാനൽ ഗൂഢ പാദസ്യ ചൎമ്മാവൃതൈവ ഭൂഃ

Ad litteram ſignificat: *In mente*, *In voluntate*, *In conſcientia dum adeſt tranquillitas*, *totus exſiſtit* (apparet) *tranquillus mundus*, *calceis cooperto pediti* (homini calceato gradienti) *certe pelle extenſa cooperta ita terra* (apparet).

I. തു littera completoria addita ad complendum verſum.

II. ത്സ്വ concurrente littera ൽ finali in ഭവെൽ cum സ്വ in nomine സ്വസ്ഥ, littera ൽ ſecundum regulas ſuperiores tranſit in ത്സ്വ.

III. ഞ്ജ concurrente littera ം finali in മയം cum littera ജ ſequentis nominis, illa tranſit in hanc ഞ്ജ.

IV. ര ര

IV. ഒതൊപ in nomine decompoſito ചർമ്മാസ്തൃത *pelle extenſa cooperta* ultima littera eſt ത t, ſequitur vero vocalis ഔപ *ita*, *hoc modo*. Cum igitur concurrant, mutantur, & fit ſecundum regulas ſuperiores ഒതൊപ, ſeu ചർമ്മാസ്തൃതൊതൊപട്ടു.

Impoſſibile eſt heic omnes in hac re tradere regulas & omnes adiicere obſervationes, quae circa compoſitionem slogam neceſſariae ſunt. Ope boni magiſtri haec omnia viva voce & exemplis facilius intelliguntur, & breviter addiſcuntur, neque difficilia ſunt, quando radicalium verborum ſignificatio cognoſcitur, & in conſtructione regulae principales iam fuerunt obſervatae.

LECTIONES VARIAE IN SOLUTA ET LIGATA ORATIONE

ഹെ ബാല പാനീയം ദദാദ heus puer! da mihi aquam.

ത്വം ന രക്ഷിതാസിയദി തദാഹം ഗച്ഛാമി *de verbo ad verbum*, tu non adiuveris ſi, ergo pergo. Niſi tu auxilium, protectionem praebeas, diſcedam.

ഏക സർവ്വേശ്വരായ നമോസ്തു compoſitum eſt ex നമ & അസ്തു nama *adoratio*, aſtu *ſit*, in imperativo, unde fit നമോസ്തു eliſa nempe ultima vocali *a* nominis നമ, & prima vocali *a* verbi അസ്തു quae mutantur & tranſeunt in *o*, unde fit *namoſtu*. Unico univerſi Domino adoratio!

ദൈവ മാതരം അഹം സ്തൗമി Dei matrem ego laudo.

കാ വാർത്താ quae nova? quid novi?

കിം ഉദന്തം ഭവാൻ അശ്രുവാൻ quae nova audivit veſtra dominatio?

ഹ്യഃ

ഹ്യഃ മമ സൊദരശ്ശുഃ മൃതഃ heri meus frater mortuus eſt.

മോക്ഷേ സുഖം ഭവിതും സതതം സൎവ്വേശം നമതു ut in caelo voluptate perfruatur (ad perfruendum beatitudine) ſemper Deum adoret.

പാപം മാ ഘടസ്വ peccatum ne facias.

ദുഷ്ടാനാം ശാസിതും നരകഃ ഭവതി ad malos puniendos exſiſtit infernus.

അദ്യഃ മമ ഗുരു ഹോമ ദേവാനംവൃത്തിത്തു പ്രവേശഃ hodie meus magiſter peracto (finito) ſacrificio & precibus exivit.

സാശ്ച സ്വപുത്രിശ്ച സ്നാതും യാന്തി ipſa & ipſius filia ad ſe lavandum pergunt. Ubi vides ശ്ച & iterum ശ്ച interponi, quaſi diceres: *& ipſa*, *& ipſius filia &c.*

നരകം അൎഹനാൾ ഔയഃ ഖല digne inferno heluo!

ദൈവക്ഷത്രാൎത്ഥം ചോരയിത്വാ ശാപി furto ablata eccleſiae pecunia excommunicatus fuit. പള്ളിദ്രവ്യം മോഷ്ടിച്ചിട്ട അവൻ ശാപിക്കപ്പെട്ടു.

കഞ്ചനകാലം വൃത്തിത്തു റോമാപുരിം പ്രയയൌ poſt paucos annos (pauco tempore finito) Romam ivit, perexit, diſceſſit.

കേരളേ തു മോ സതതം ഉവാസ ſemper in Malabaria habitavit.

മേ ഗുരോ മാ താഡയ മാ താഡയ magiſter mi ne me verberes! ne me verberes! അഹഹ ഞ്ജിനവ മാ താഡയ o dolor! ne me verberes!

അന്യ

അനവധായ ആത്മവധായ നിശി ഗേഹം ആപ inconſiderataе animae ſuae occidendae noctu cubiculum eſt ingreſſus.

ഉദ്ധൃത്യ പ്രാണസമാനം ഭ്രാതരം ആലോക്യ തം സുതാ രുരുദുഃ occiſum (eſſe) animae ſimilem fratrem (mortuum) videndo (eo viſo) ipſum filii planxerunt.

തമസാം അസ്തമയായ തെ സദാ നമഃ ignorantiarum deſtructori tibi ſemper adoratio (nempe Deo Vishnu).

തെ ദേഹം പൂജയിതും യതന്തെ tuum corpus (te) venerari adorare conantur.

ദേവാഗ്ര്യ ത്വം തവ ദർശനേന സമസ്ത ദുരിത ക്ഷയം പ്രകുർവ്വൻ Inter divos anteſignane tu tuo pio aſpectu omnium malorum deſtructionem faciens. തത്ര തമസി യുയുധു യുയുധാതെ ibi in tenebris ſemel pugnarunt, certarunt. അയി മമ ബാല മെ ഗേഹെ ശീഘ്രം ഏഹി heus tu puer! in meum cubiculum cito aſcende. ഇതി നമസ്കൃതം ശം സ്തുതം ഭഗവതം പ്രസന്നഃ സഃ ഉവാച ita adorato, laudato Deo Shiva ipſe gaudens dixit, prolocutus eſt.

തം കിഷകം പ്രമമാഥ രഘുനാഥ ദശാനനം യഥാ illum Kishagam (*nomen proprium*) occidit, ſicut olim Raggunátha (Vishnu) Dashánanam, id eſt decem capita vel facies habentem Rávana regem Ceylan. സർവ്വ വിഭോ തെ നമഃ ത്വയി പ്രസന്നഃ അസ്മി univerſi Domine tibi adoratio! in te ego gaudeo, in te ego hilaris ſum. ആഗാമി ഗോചരോ ഭവ ദേവസ്യ സ്മര futura proſpiciens eſto, Dei memento.

അഥ

Digitized by Google

അമേദ്ധ്യപൂൎണ്ണം ക്രിമിജാലസംകുലം സ്വഭാവദുൎഗ്ഗന്ധ
ശരീരം ഭജന്തി മൂഢാ ന ഭജന്തി പണ്ഡിതാഃ

Excrementis plenum, vermium nidis refertum, male olens corpus adorant ſtulti, ſed non adorant ſapientes.

Obſervatio circa uſum linguae Samſcrdamicae ſacrae relative ad linguam gentilitiam Malabaricam & Tamulicam.

Solent aliqui, praeſertim tirones linguae ſacrae plerumque primo ſuo fervore abripi, dum ſive verſus, ſive in proſa Malabarica aliquid componunt, atque exornare ſe ipſi putant compoſitiones ſuas dum vulgarem linguam Malabaricam vocabulis Samſcrdamicis bene onerant. De hisce ſcriptoribus vere illud dici poteſt: ipſos nec equos, nec aſinos eſſe, ſed tertium aliquod animal, nempe mulos. Non nego ſacram linguam in gentilitia Malabarica & Tamulica compoſitione adhiberi poſſe, quin & ornatum, elegantiam & maieſtatem orationi tribuit, ſed in ea adhibenda ſumma diſcretio, & iudicium circa vocabula Samſcrdamica ſervandum eſt. Linguae iſtae diſtinctas habent regulas, phraſes, & proprios loquendi modos ſibi congenitos; hi itaque primum accurate tenendi, nitor & correctio gentilitiae linguae primum obſervanda, neque ſacra ac liturgica vocabula cum profanis, humilia cum vilibus confundenda ſunt. Regula generalis ſtatui haec poteſt: rariſſime aut fere numquam caſibus obliquis Samſcrdamicis in Malabarica aut Tamulica oratione utendum, deinde verbis indicativi praeſentis tantum aut participiis aliquando oratio exornanda, ſi neceſſitas aut rei dignitas expoſcit. Nominativis & vocativis ſeu caſibus rectis, particulis, coniunctionibus, interiectionibus, adverbiis ſaepius uti fas eſt. Atque hanc regulam non ſolum gentiles Malabarici & Tamulici poetae obſervaſſe mihi videntur, ſed etiam R. P. Conſtantius Beſchi in ſuis poematibus ac lucubrationibus ligatis Tamulicis, & R. P. Iohannes Hanxleden in operibus ſuis Samſcrdamico-Malabaricis, ſic v. g. ipſe habet: കന്ദുകളേബരം ഗുരു

ഷ്ടൈ

Digitized by Google

ക്ഷോണാഹമാസ്പാനന യെന്ത്രു കൊണ്ടേ ചന്ദ്രനെജ്ജ

യിച്ചിട്ടും. S. Genovefa virgo pretioſa & valde amabilis ſuae faciei dignitate & ſplendore lunam ſuperat. Vide vitam S.Genovefae. Et in Sambhavam: കന്നി കലി കാളി കാളിന്ദി

നദികളിൽ കന്നി പടിപ്പൊലെ കടക്കിത്തുടങ്ങിനാൾ

Iuvencula formoſa Kàli fluvium Kàlini cymbâ ſingulari gratia traiicere incipiens &c. Et in vita S. Thereſiae virginis

ആഹഹകഹാദിശീലം നിന്നകനിത്രകാലം

ആഹഹകഹാടികം ദുഷ്കുനിശിക്ഷണലം

Ita pariter in cantu de iudicio univerſali

ഉടൽക്കൂറ്റസകലവൃകധികളണസെവികൾ

കപൊയനന്മാരും യക്ഷിപാലന്മാരും

ദുഷ്കതിക്കളകനിശനകഗകദുഷ്ടരും

തില്ലാവരും കെൾപ്പിഞാൻ ചൊല്ലുന്നവാക്കുകൾ

Simili modo idem habet P. Hanxleden de doctrina & verbis Chriſti

ഏകനായമനുഷ്യനെ പ്പെട്ടിയായൽ

തവകല്പിതം കെൾക്കണം കെവലം

ദുഷ്ടന്മാരുടെ ദുഷ്ടതയെ കെൾക്കണം

ഷികനന്മാരെന്നെപ്പറഞ്ഞൊരു കെണം

ഉച്ഛിഷ്ടന്മാരെന്നെപ്പ്രിയപ്പെട്ടൊരയാർ പൊനാ

ധൈഷ്ടക്കളുമാരെന്നെപ്പറഞ്ഞൊരു കെണം

Lepidum, elegans & in Brahmanes ſimul ſalſum eſt hoc, quod de origine Muni ſeu Heſychaſtae Vedavyáſen qui leges gentilicas compoſuit in libro Sambhavam ſcribitur:

തിരത്തു ചെമ്പുലക്രാലെകാട്ടിവരൻ

ത്തുരത്തു തുഴയ്യകായിനിന്നുതുകാത്തിരുന്നും

ധീരസ്പകകളെയാണകാട്ടിവരൻ ചെയ്യാൻ

ചാരത്തു വരികന്നകററാണമില്ലാക്ഷെപ്പാൾ

. . . . :

ചാണസ്പകൃതകാത്തി ചൊല്ലിയാതമെയ്യാ

ണതിരത്തു കൃത്തകൃതകാണം കറയൊണം

ചരിത്രതൈരുവൃക്കണസ്തിണംകറുകതൊൻ

പാരിച്ചുതപസ്യതകാകൃതി ശ്രേഷ്ഠൻ ദേവാൻ

ത്തുരക്കനിരൻകൊണ്ടുകൊണ്ടിവൽകയാരിതെയാ

പാരത്രികാശിയായപാരകാശികൻ ദേവാൻ

വിധിയ്യും നിഷേതവൃകരിയാതനൃദിനം

പൃപൃണൊകാദികളും നിചണ്ഡകികൾങ്ങൾ &c.

Ex his omnibus liquido colligitur hoc quod ſupra de uſu linguae ſacrae diximus, & inſuper patet, vocabula linguae ſublimis caute & prudenter compoſitionibus Malabaricis permiſcenda, ac ex illa in hanc linguam transferenda, fingenda & plaſmanda eſſe.

MODUS NUMERANDI SAMSCRDAMICUS

ഏകം	൧ . . .	1
ദ്വയം	൨ . . .	2
ത്രയം	൩ . . .	3
ചതുരം	൪ . . .	4

പഞ്ച

പഞ്ചമം	൫	5
ഷഷ്ഠം	൬	6
സപ്തമം	൭	7
അഷ്ടമം	൮	8
നവമം	൯	9
ദശമം	൰	10
ഏകദശം	൰൧	11
ദ്വാദശം	൰൨	12
ത്രയോദശം	൰൩	13
ചതുർദ്ദശം	൰൪	14
പഞ്ചദശം	൰൫	15
ഷോഡശം	൰൬	16
സപ്തദശം	൰൭	17
അഷ്ടദശം	൰൮	18
ഏകോനവിംശതി vel നവദശം	൰൯	19
വിംശതി	൱	20
ഏകവിംശതി	൱൧	21
ദ്വാവിംശതി	൱൨	22
ത്രയോവിംശതി	൱൩	23
ത്രിംശതി	൩൰	30
ഏകത്രിംശ	൩൰൧	31

ദ്വാത്രിംശ	൩൰൨	32
ചത്വാരിംശൽ	൪൰	40
ഏകചത്വാരിംശൽ	൪൰൧	41
പഞ്ചാശൽ	൫൰	50
ഷഷ്ടി	൬൰	60
സപ്തതി	൭൰	70
അശീതി	൮൰	80
നവതി	൯൰	90
ശതം	൱	100
സഹസ്രം	൲	1000
ദശസഹസ്രം	൰൲	10000

NUMERALIA ORDINALIA

പ്രഥമ primus	ഏകാദശി undecimus
ദ്വിതീയ ſecundus	ദ്വാദശി duodecimus
തൃതീയ tertius	ത്രയോദശി decimus tertius
ചതുൎത്ഥ quartus	ചതുൎദ്ദശി decimus quartus
പഞ്ചമ quintus	പഞ്ചദശി decimus quintus
ഷഷ്ഠ ſextus	ഷോഡശി decimus ſextus
സപ്തമ ſeptimus	സപ്തദശി decimus ſeptimus
അഷ്ടമ octavus	അഷ്ടദശി decimus octavus
നവമ nonus	നവദശി decimus nonus
ദശമ decimus	വിംശമ vigeſimus

TEXTUS

Digitized by Google

TEXTUS ORIGINALIS

LIBRI BHAGAVADAM

ഭാഗവതം

cum verſione latina ex ſacra lingua Samſcrdamica

SLOGAM SEU STROPHA I.

കഥിതോവംശവിസ്താരോഭവതാസോമസൂര്യയോഃ

രാജ്ഞാഞ്ചോഭയവംശ്യാനാഞ്ചരിതംപരമാത്ഭുതം

Kathito vamsza viſtáro bhavadà sòmaſuryayo
rágnámcióbhaya vamszánám ciaridam paramàdbhudam

Digna & admirabilis eſt amplitudo ſtirpis geſtaque utriuſque proſapiae regum ex ſole & luna progenitorum ab ipſo (viro gravi) narrata .

STROPHA II.

യദോശ്ചധര്മ്മശീലസ്യനിതരാംമുനിസത്തമതത്രാംശേ

നാവതീര്ണ്ണസ്യവിഷ്ണോര്വീര്യാണിശംസനഃ

Yadoshva dharma shilasya nidará muni ſattama tatrámshe
návatírnaſya Vishno víryáni shamſa nà

Igitur virtute inſignis heſychaſtae Tado proſapiam , atque ex huius viri ſtirpe incarnati Vishnu heroica geſta nos celebremus .

STROPHA III.

അവതീര്യ്യയദോര്വംശേഭഗവാന്ഭൂതഭാവനഃ

കൃതവാന്യാനിവിശ്വാത്മാതാനിനോവദവിസ്തരാത്

Avatíryayadorvamshe Bhagaván bhúda bhávanà
Krdaványáni vishvátmáda vinovada viſtarál

Digitized by Google

Sanctus hic Bhagaván (Vishnu Deus) ex ſtirpe Yado incarnatus cum omnium rerum cauſſa & anima ſit univerſi , eius virtutes qui omnia protegit & ſalvat recolamus.

STROPHA IV.

നിവൃത്തതൎഷൈരുപഗീയമാനാൽഭവൌഷധാച്ഛ്രോത്രമനോ

ഭിരാമാൽക

ഉത്തമശ്ലോകഗുണാനുവാദാൽപുമാൻവിരജ്യേത

വിനാപശുഘ്നാൽ

Nivrta tarszeii ruvashía manál bhavauszadhá shrotra manòbhi ramalga

uttama sloga gunnanuvádál pumán viragéda viná pashuggnál.

Vir ille qui virtute refertarum ſanctarumque ſententiarum (slogam) *beneficio inſignis & ſanctus eſt , illum Deus Vishnu hac maxima ſanctitate conſpicuus , inſigniorem ſanctioremque efficiet , & hic vir per ſanctae ſitis honorem , verae felicisque vitae ſtudium , animae intimum gaudium quod metempſychoſeos & mortis antidotum eſt , per hanc ſcientiam , quae ſemen eſt gloriae aeternae , adipiſcetur .*

STROPHA V.

പിതാമഹമെസമരേമരഞ്ജയൈൎദ്ദേവവ്രതാദ്യാതി

രഥൈസ്തിമിംഗിലൈഃദുരത്യയംകൌരവസൈന്യ

സാഗരംകൃത്വാതരൻവത്സപദംസ്മയൽപ്ലവാഃ

Pidámahamé ſamarémarangeayeirdéva pradádyádi

rathei ſtimimgalei : duratyayam kaurava ſeynya

ságaram krtvàdaren vadſa padam ſmayal plavà

Avi mei Kauravae (id eſt Pandavae) *veluti aquis innatans lignum vehitur , in unum congregati , mari pervio aquas tranſeundo terribiles effecti domitores deorum* (malorum geniorum , gigantum) *ſunt ,*

ſunt, veluti timingala piſcis (40. leucas extenſus & vaſtus) *monſtrum horrendum alios piſces vehicula deorum ſuo rictu deglutire ſolet*.

De piſce timingala, fortaſſis Iudaico leviathan, vide librum Yudhishtiravigeam cap. ſexto slogam ſeu ſtropham decimam, & Paulum Medici pag. 29.

Haec ſtropha quinta & ſexta cum fragmento illo libri Bhágavadam, quod auctores libri *Aſiatick reſearches* afferunt pag. 230. & ſeq. aliique Brahmanici libri manifeſte probant hiſtoriae Indicae ſive verae ſive fabuloſae principium ad diluvium univerſale tantum, nec ultra referri. Etenim a ſolò univerſalis diluvii tempore articulum fidei ſuae principalem de incarnationibus Dei Vishnu Indi omnes deducunt (1). Avi nempe huius Dei incarnati in diluvio univerſali, ut textus habet, ſervati, ſtipites & progenitores fuerunt huius Dei, fictionibus Aſiatitis mire adornati. Hae vero incarnationes novem Dei Vishnu, ad ſalvandos bonos, & àd caſtigandos malos factae fuiſſe creduntur, atque ex opinione ipſorum ad Indiam referuntur, quemadmodum exſpectatio Meſſiae incarnandi ad populum Hebraicum referenda eſſe, Iudaeis videbatur. Ex quo ſane patet boni & mali moralis dogma apud Indos praecipuum ac ſimul antiquiſſimum eſſe. Pandavas, de quibus hic textus & liber Yudhishtira per totum agit, Plinius Hiſt. nat. lib. 6. cap. 20. ita deſcribit: *Horotae urbe pulchra, foſſis paluſtribus munita per quas crocodili humani corporis avidiſſimi aditum niſi ponte non dant . . . pauperior Charmarum rex elephantos ſexaginta, parvaſque reliquas vires habet. Ab iis gens Pandae* (Ptolemaeus habet gens Paṇdava) *ſola Indorum regnata feminis. Unam Herculi ſexus eius genitam ferunt, ob idque gratiorem regno donatam praecipuo. Ab ea deducentes originem imperitant tercentis oppidis, peditum centum quinquaginta millibus, elephantis quingentis. Poſt hanc tercentarum urbium ſyreni &c.* Eadem fere habet Arrianus, breviſſime Ptolemaeus lib. 7. tab. x. Ex his ergo teſtimoniis, atque ex modo quo inter Pandavas pugnatum fuiſſe tradit liber Yudhishtiravigeam, qui modus convenit cum veteri pugnandi arte Indica ab Herodoto, Arriano, Strabone

(1) Incarnationum harum ſeriem & tabulas vide apud Pivatium tom. 8.

bone lib. 15. deſcripta, manifeſte patet, hiſtoriam Dei Krshna, ſeu Vishnu Dei in regem *Krsbna* കൃഷ്ണ, quod *nigrum* hominem ſignificat, incarnati, vere ad Indicam terram, ad hiſtoriam & bella Indica domeſtica referri. Deinde patet ex numero & ſerie incarnationum Dei Vishnu, hanc incarnationem ſub nomine *Krsbna* nec ante diluvii univerſalis tempus, neque poſt Chriſti nativitatem ſtatuendam eſſe, quod contendunt illi ſcriptores, qui ex nomine *Krsbna* ob quamdam analogiam vocis Chriſti ſervatoris nomen, geſta, paſſionem & mortem ſatis inverecunde extrudere ſunt auſi, atque geſta Krshnae ex apocryphis Evangeliis concinnata fuiſſe nullo prorſus argumento innixi docent. Hos tu vide in Alphabeto Tibetano pag. 253. 254. 261. 262. &c. Non igitur illud primum aſſerendum eſt, quia capitalis illa & prima Dei Vishnu incarnatio, in qua piſcis formam ſubiit, ut *Manu* ſeu *Satyavrta* regem virum iuſtum, quem *Noah* eſſe non abſurde pag. ſupra citata contendunt laudati Angli, a diluvio liberaret, ab hac incarnatione in *Krsbna* regem omnino diverſa eſt, & illam ſequitur. Non illud ſecundum dici poteſt, quia in hiſtoria Pandavarum ſeu in libro Yudhishtiravigeam, qui Vishnu Deum ſub forma Krshnae pro Pandavis pugnantem deſcribit, aetatis mundi *Kaliyugam* ſeu aetatis ferreae poſtea venturae mentio ingeritur. Ex quo patet bellum illud aetate mundi Brahmanica tertia, id eſt ante Chriſti nativitatem in Indiis geſtum fuiſſe. Quare bene praedicti Angli Calcuttenſes aetatem Krshnae ad ter mille circiter annos a praeſenti tempore ſurſum reiiciunt dicendo: *We have determined another intereſting epoch, by the preſent time, and as the three firſt Avatárs* (incarnationes) *or deſcents of Vishnu, relate no leſs clearly to an univerſal deluge, in wich eight perſons only were ſaved, than the fourth and fifth do to the puniſhment of impiety, and the humiliation of the proud, we may for the preſent aſſume, that the ſecond or ſilver age of the Hindus was ſubſequent to the diſperſion from Babel &c.* Vide pag. 426.

Quod vero aetas aurea hiſtorica ſeu prima Brahmanica vera atque creationis mundi epocha in doctrina Indorum non excedat

dat epocham creationis mundi a Moyſe adductam, & infinita illa annorum ſeries quam ante Moſaicae creationis tempus ex Indorum doctrina conſtituit, & obſervationibus aſtronomicis confirmare nititur Bailly, aliique aevi noſtri ſomniatores, illuſio & egregia impoſtura ſit, evidenter patet ex eo, quod Indi aetates, ſaecula, annos, tempus in divinum & humanum diſtribuant, & tota illa Indorum chronologia, quae tam longe Moſaicam excedit, de annis divinis ſit intelligenda. En illud quod ſcribitur in libro ചന്ദ്രൊദയം *Ciandrodayam* quem ad manus habeo, & qui ita incipit: രാജഹംസെ ജ്ഞിമൊകാചന *Rágia Hamſe genimòcena*. Eſt haec inſtructio ad regem quemdam & circa medium aetates & tempora ita diſpeſcit:

നിൎവ്വിച്ചാരജ്ഞനങ്ങളെക്കാളും
ദെവലൊകാധിപന്മാൎക്കൊട്ടുമെസുഖംവരാ
നരന്മാരുടെവൎഷംദിവസമവൎക്കെല്ലാം
അദിനമറുവതുമുന്നൂറുംദിവ്യവൎഷം
ദിവ്യവൎഷങ്ങൾപന്തിരായിരംചതുൎയ്യുഗം
അത്തരംയ്യുഗമെഴുവത്തൊന്നുകഴിയ്യുംപൊൾ
ദെവെന്ദ്രൻമുടിഞ്ഞിടും

Nirvicial genanguele kálum
Dévalògadhibenmarkottume ſugham vará
narenmarude vrsham divaſam averkellám
adinam aruvad munùrrum divyá vrsham
Divya vrshanguel pandirairam ciaduryugam
attaram yugam eszuvattonna kasziumpol
Dévendren mudignídum.

Serio conſiderando (temporis fluxum & creatarum rerum miſerum ſtatum quod ſupra dixerat) *hominibus minus dii, hoc eſt* (genii) *voluptate vera & ſtabili perfrui poſſunt.*

Homi-

hominum annus ipſis omnibus (diis) *eſt unus dies,*
tales dies centum & ſexaginta faciunt divinum annum,
caeleſtes ſeu divini anni duodecim millia conſtituunt aetates quatuor,
huiuscemodi aetates ſeptuaginta & una finiendo
Devendren (Iupiter Indicus) *deſtruetur &c.*

En ergo duplicem Indorum chronologiam! aetates nempe humanas & hiſtoricas, alias vero divinas, ſeu tempus vitae geniorum qui aſtra & mundum regunt, aſſignatum. En ſaecula humana & divina, ac proinde en etiam infinitam illam annorum ſeriem quam Indi mundo tribuunt ad mundum caeleſtem ſeu ad chronologiam geniorum, qui ante conditum hunc mundum exſtabant & poſt deſtructionem ipſius exſtituri ſunt, relatam. Idem de differentia temporis humani & divini docetur in libro Amaraſinha, ſect. സ്വൎഗ്ഗവൎഗ്ഗം *Sorggavarggam.* Verba vocabularii in explicatione haec ſunt: മാനുഷരുടെ ഒരാണ്ടു ദെവൎക്ക് ഒരഹൊരാത്രം mánusherude oránda Deverka orahorátram, *hominum annus unus, diis dies & nox una.* Nec diſſonat R. P. Beſchius rerum Indicarum & linguae Tamulicae peritiſſimus uir. Is in grammatica Latino Tamulica typis Trangambaricis edita cap. 5. pag. 163. haec habet: *Tamulenſes* (ut Malabarenſes) *per circulum nominant annos. Numerum autem eorum ſumunt ab aetate mundi quam multo ſeniorem quam revera eſt, effingunt. Primam mundi aetatem numeraſſe aſſerunt* 1728000 *annos, ſecundam dempta quarta parte primae aetatis annos* 1296000, *tertiam dempta tertia parte ſecundae aetatis* 864000 *annos, quartam dempta media parte tertiae aetatis* 432000 *annos habituram dicunt. Hic autem annus a Chriſto nato* 1728. *eſt iuxta calculum Tamulenſium* 4829. *completus huius ultimae aetatis. Hinc ſequitur quod hoc anno, quo nondum ſex mille annos numerat mundus, ipſi elapſos aſſerant a creatione mundi annos* 3892829. *Pari modo fabulantur & cetera omnia, quippe qui nullam revera hiſtoriam habentes poetarum figmentis, ſicuti hiſtoriis, fidem praeſtant.* R. P. Ildephonſus in codice manuſcripto num. 20. inter codices manuſcriptos bibliothecae

thecae S. Congregationis de Propaganda Fide cap. 11. de aetatibus mundi Brahmanicis haec habet: *Yugam ſignificat aetatem mundi continentem certum numerum annorum, non quidem noſtrorum, ſed annorum caeleſtium ſpirituum, quos Brahmanes vocant Devaguel. Unus dies iſtorum Devaguel denotat unum annum noſtrum, unus autem annus de Devaguel continet noſtros annos 365. Vocant autem Brahmanes annos de Dévaguel ſamalaſtram. Quatuor iſtae aetates ſeu yugam continent duodecim mille annos ſpirituum caeleſtium*. Videatur etiam Sonnerat ad finem tomi primi ubi Indorum annos cum circulo Beroſiano componit. Plinius vero hiſt. nat. lib. 6. cap. 17. edit. Baſil. pag. 87. haec habet: *Indi enim prope gentium ſoli numquam emigrarunt finibus ſuis. Colliguntur a Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum centum quinquaginta tres, annis ſex mille quadringentis & duobus. Adiiciunt & menſes tres*. Strabo geograph. lib. 15. haec habet: *Megaſthenes concordat dicens antiquis Indorum hiſtoriis fidem non eſſe adhibendam, dicit enim nec ab Indis umquam emiſſam expeditionem, nec extrinſecus in Indiam* (forte auſtralem) *quemquam cum exercitu profectum eſſe aut viciſſe, praeter Herculem & Liberum patrem, & nuper Macedonas. Herculis & Bacchi res in India geſtas Megaſthenes credit cum paucis quibuſdam*. Haec teſtimonia quae attuli maximi ſunt ponderis & omni exceptione maiora. *Primo* liber *Bhágavadam* ſacer Indorum codex eſt, & hic Indorum hiſtoriam ultra diluvium univerſale non effert. *Secundo* liber *Ciandrodayam* ab Indis communiter legitur & in ſat magno pretio habetur. *Tertio* Calcutenſes Angli ſocietatem in India efformant, & aliqua authentica Indica monumenta iam protulerunt. Ipſi in Bengála Indicis diſquiſitionibus navant operam atque oculi plures ſunt, qui acutius vident. *Quarto* R. P. Beſchius in ora Coromandelica diu vixit & rerum Indicarum ac linguarum apprime peritus fuit. *Quinto* R. P. Ildephonſus per plures annos in ora Malabarica verſatus eſt, & linguam vulgarem Malabaricam bene callebat. Strabo ex relatione Megaſthenis ſcribit, qui & ipſe inter Indos diu verſatus eſt. His ergo viris plus fidei dandum, quam viatoribus errabundis Anglis & Gallis, qui

 ſive

Digitized by Google

ſive in excurſionibus militaribus, ſive in navalibus, ſive fortunae ut aiunt quaerendae cauſſa, ſive curioſitatis gratia raptim & ſine linguarum peritia Indias perluſtrarunt, atque in civitatibus maritimis inter geniales hauſtus miſeris interpretribus aures praebentes, quidquid acceperant in palimpſeſta ac deinde in diaria retulerunt, quales ſunt Gentil, Holwel, Dow, Sonnerat, Anquetil du Perron, aliique. Similes viatores Indicos Strabo iam perſtrinxit, quem adeat cui placet, geograph. lib. 15. His ergo poſitis, atque adeo certis, audiamus nunc D. Bailly de India diſſerentem (1):

Hic omnino *novit*, *quid toto ſiat in orbe*,
Quid Seres, *quid Thraces agant*.
Hic in trutina ſuſpendit Homerum,
Cedant grammatici, *vincantur rhetores*, *omnis*
Turba tace, *nec cauſidicus*, *nec praeco loquatur*. Iuven.

Quid ergo ait ipſe? Ante Indos aliaſque ab antiquis & recentibus cognitas gentes populum aliquem exſtitiſſe (nempe in calido ipſius capite) aſſerit, qui vetuſtior ſit aetate mundi a Moyſe & ſacris libris adducta. Indos omnia ab aliis edidiciſſe, ex Thracia, Scythia, Syberia veniſſe, inde religionem ſuam accepiſſe adſtruit contra id, quod Herodotus, Strabo, Arrianus, Plinius aliique dicunt antiqui. D. Bailly mundum noſtrum mundo antiquiorem conſtituit, & viſiones ſuas aſtronomicis obſervationibus firmare conatur. Sed an antiquas aſtronomicas Brahmanum tabulas profert? Nequaquam. Pag. 108. ait: *Mr. le Gentil n'a pu ſe les procurer* (*les anciens calculs d'eclypſes*). Sed poſito etiam, quod antiquas Brahmanum tabulas inveniſſet, an ipſis fidendum eſſet, an tabulae illae clarae & exactae ſunt? an facta hiſtorica eorumque veritas ab aſtronomicis obſervationibus pendet? an hiſtoricum aliquod factum verum eſſe nequit & obſervatio aſtronomica falſa, aut vice verſa? an veritas diluvii univerſalis apud omnes gentes per

(1) *Hiſtoire de l'aſtronomie ancienne depuis ſon origine juſqu'a l'etabliſſement de l'ecole d'Alexandrie par Mr. Bailly*. Seconde edition. A Paris chez de Bure. 1781. pag. 78.79.84.95.96.97.106.107.108.

per obſervationes aſtronomicas credita, conſervata, & verificata fuit? an omnes Aſiaticae hiſtoriae abſque ullo prorſus criterio ſunt admittendae! Non videt D. Bailly quod origo gentis Indicae fabuloſa ſit, atque ab Hercule id eſt *a Sole* & *Baccho* deducatur? Inſpiciat primum verſum libri *Bhágavadam*, in quo regum Indicorum prima progenies ex *Sole* & *Luna* deducitur. Diſtinguat ipſe chronologiam atque aetates mundi in divinas & humanas, in tempus heroicum & hiſtoricum. Supputet annos chronologiae Indicae, uti ſupputant ipſi Indi, videbitque Indicas mundi aetates nihil niſi aetates geniorum mundi, planetarumque rectorum, non autem hiſtoricas & humanas eſſe. Redigat hanc ſeriem in annos humanos, & manifeſte patebit chronologiam Indicam hiſtoricam & humanam parum a chronologia Moyſaica diſcrepare (1). Addat deinde quod ex propriis Indicis libris principium hiſtoriae Indicae ad diluvii tempus, nec ultra referatur, quod Indi, ut ex *Pacunar* gentili Malabarico poeta probat P. Ildephonſus cap. 4., mundum ex nihilo divina voluntate creatum fuiſſe credant, quin, ut nos ſupra ſtatuimus, etiam voculae *hum*, *fiat*, traditionem inviolabiliter obſervent. Addat inſuper, quod diluvium univerſale doceant & credant, quod *Budha* ബുദ്ധ id eſt *Herma*, ſeu ut vocabularium Amaraſinha ſcribit *Dherma*, Mercurium Graecum, Aegyptium *Thout*, Scandinavianum ſeu ſeptentrionalem *Wod* vel *Oden*, Germanum *Theut*, Sinenſem *Fo*, qui certe idem & ubique unus eſt, ſuum inſtitutorem agnoſcant. Budha Indicus in vocabulario Amaraſinha ſect. 1. സ്വൎഗ്ഗവൎഗ്ഗം *Suarggavarggam* haec habet epitheta: ജീവകഃ gívaga *vivificans*, സൎവ്വജ്ഞഃ ſarvagna *omniſcius*, സുഗതഃ ſugueda *bene procedens*, ബുദ്ധ Budha *mens*, *ſpiritus*, *bonus intelle-*

(1) De aera Indica hiſtorica & aſtronomica, iuxta quam obſervationes aſtronomicae fiunt, & quae ad annum Chriſti 78. aſcendit, aeraque *Sàlivàgana* vocatur, vide grammaticam Tamulicam R. P. Beſchi *pag.* 164. Niebuhr *tom.* 2. *pag.* 26. Sonnerat *tom.* 1. *sub finem*. Aſiatick reſearches *pag.* 373.

tellectus , ധൎമ്മരാജാഃ dhermarágia *rex beneficus,virtute praeditus*, ഏഗതഃ agueda *ſtans* , *contemplator* , *meditans*. സമന്തഭദ്രഃ ſamandabhadra *in omnibus partibus bonus* , *rectus* , ഭഗവാൻ bhagavan *felix* , *beatus* , മാരജിൽ maragil *concupiſcentiae victor* , ലോകജിൽ logagil *mundi victor* , അദ്വയവാദി advayavádi *veridicus* , *ſibi non contradicens* , ഷഡഭിജ്ഞഃ shadhabhigna *ſex ſcientias poſſidens* , മുനീന്ദ്ര munindra *aſcetarum* , *heſychaſtarum* , *monachorum praeſes*. ശാസ്തൃമുനി sháſtamuni *monachorum caſtigator* , *praeceptor*. Ex his ergo iam facile reſolvitur *primo* id , quod S. Hieronymus , Clemens Alex. & Ratramus *de nat. Chriſti* de Bhudha Indico dicunt : Budham nempe *per virginis latus exortum eſſe*. Nempe ſpiritus ſeu genius eſt , qui ex mente virgine natus eſt , quomodo ex opinione Brahmanum pariter Heros *Karnen* , aliique ope orationis magicae *per auriculam* nati ſunt. *Secundo* , videtur Thout Aegyptium nomen a Bouth , vel Bhoudh , aut Budh manifeſte deduci , & illud primum certe corruptum eſſe. Ita pariter *Herma* ab Indico *Dherma* corrupte provenit , & utrumque nomen prodit unam eamdemque perſonam , ſeu unum eumdemque regem allegoricum eſſe. *Tertio* patet , cur Hermam ſeu Thout vel Budha Graeci Mercurium eſſe dixerint , nempe genius hic eſt planetae Mercurii rector, a quo etiam apud Indos *Budhanászicia* (1), id eſt *dies Mercurii* dicitur a Budha ſeu a Mercurio. Planetae paſſim in libro *Sambhavam* genios habent , qui ipſos regant , & hi genii മുനി *Muni* ſeu heſychaſtae & contemplatores vocantur , ut ſol mens mundi dicitur , quod *Pindarus* , aliique iam obſervarunt. *Quarto* patet , cur Budha Indicus , Ceylanicus & Tibetanus ſedendo , *Lingam* in manibus tenendo , conſpiciendo & meditando in Indiis , Ceylan , & Tibeto uniformiter repraeſentetur. Vide in Alphab. Tibet. tabula quarta figuram *Hopa-*

(1) Tamulenſibus Budenkilami vel Budenváram.

Hopamc, id eſt o Padme! O Lote o Nymphaea! inſcriptam, ubi *Lingam* in *Padma* ſeu in loto Deus ille Tibetanus ante pectus tenet & attente conſpiciendo meditatur. *Dii Tibetani*, ait R. P. Georgius in Alphab. Tibet. pag.284., *ſuum quiſque Mani* (Lingam) *ſupereminentis illius tumoris* (yoni ſeu matricis aut loti quae matricis ſymbolum eſt) *apici inſertum oſtentant. Plerique etiam repraeſentantur tamquam meditabundi immotis defixiſque oculis ſpeculantes Mani quem ambabus complexi manibus ante pectus ſuſtentant* (1). Similem figuram vide apud Abb. Winkelmanium *Deſcription des pierres gravées* 2. *claſſe*, *Mythologie ſacrée pag.* 287. 288., quam ibi Herculem aut Helenum eſſe putat. *Quinto* apparet cur Iuven. ſat.8. hominem ſtupidum Hermae comparet, nempe ob abreptam, contemplativam, & abſorptam mentem, *trunco ſimillimus Hermae*. Macrobius vero lib.1. Satur. cap.19. ait: *Pleraque ſimulacra Mercurii quadrato ſtatu figurantur, ſolo capite inſignita, & virilibus erectis. Quae figura ſignificat omnem vim eius non in quodam diviſorum membrorum miniſterio, ſed in ſola mente conſiſtere, cuius ſedes in capite eſt*. Et ſupra dixit: *ſcimus Mercurium vocis & ſermonis potentem*. Hunc eumdem *conſiliarium & ſcribam Saturni* alterius planetae fuiſſe probat R. P. Georgius *Alphab. Tibet. pag.* 19. Socrates in Phaedro Platonis de Theut vel Thout, & Cicero lib.3. de nat. Deorum de Mercurio ait: *primum numeros & computationem inveniſſe, ac geometriam & aſtronomiam, atque Aegyptiis leges & litteras tradidiſſe*, nempe ut Budha Indicus tradidit Indis & Tibetanis, *unde ſex ſcientias poſſidens*, rerum terreſtrium ſator & vivificator dicitur. Plato in Philebo ait: *vocem Thamus* (Aegypti rex) *infinitam animadvertit, ſive Deus aliquis, ſive divinus homo, veluti fama refert, huiuſmodi hominem nomine Thout in Aegypto exſtitiſſe*. Hic ergo Herma, Mercurius, Thout ſeu Budha, quem Macrobius ſolem eſſe vult, alii vero regem, alii aſtronomum, alii philoſophum, alii denique aliud, ex doctrina Indica ſupra ex vocabulario Brahmani-

(1) Caelum ut patrem, terram ut matrem, ita ſolem & planetas ut progenitores & ſatores, terram ut matricem & receptaculum eſſe, ex veterum philoſophorum ſententia adſtruit Plutarch. *de placit. philoſoph.* & in *Iſide*, aliique.

manico allata, certiſſime nihil aliud eſt, quam planetae Mercurii genius ſeu rector, cui ſatellites aliaque aſtra ipſi obſequentia tamquam monachi ſeu heſychaſtae ſubſunt, qui una cum ſole aliiſque planetis ex philoſophia antiquorum Brahmanum ſublunaria regit, rerum ſator & vivificator, rex beneficus & monachorum inſtitutor, atque ob certam, prudentem, fixamque iuxta naturae regulas in ſublunaria actionem & influxum omnes ſcientias poſſidens recte ſcribitur. Hoc nec alio modo omnia illa, quae de Budha dicuntur, intelligenda eſſe, evidenter patet etiam ex eo, quod ബൃഹസ്പതി Brahaſpadi ſeu Iupiter, & ശുക്രഃ Shukra ſeu ഉശനസ UshenaVenus (apud Brahmanes generis maſculini) ambo planetae ut Mercurius, in eodem vocabulario pariter *doctores*, *vivificatores*, *poetae*, & monachorum ſeu *heſychaſtarum inſtitutores*, terrae, mundique ſublunaris rectores ſatoreſque ſcribantur. Quod ibi videat cui placet. Ex his ergo certiſſime tenendum eſt, *primo*, Thout, Budha, Hermam, & Mercurium unum idemque numen allegoricum eſſe; *ſecundo* eodem plane modo, quo ſolis cultus omnes gentes pervaſit, ita quoque cultum Mercurii reliquorumque planetarum omnes orbis partes pervaſiſſe; *tertio* denique Thout ſeu Budha Aegyptium, Indicum, Tibetanum, Ceylanicum, Peguanum, Sinenſem, Scandinavianum, nihil niſi reliquiam, & certum veſtigium eſſe antiquiſſimi *caeleſtis militiae* cultus, qui apud omnes gentes obtinebat. Rem confirmant tria ſimulacra Aegyptia ſtantia quidem, ſed *Lingam ſuum* manu tenentia, quae certe ad Thout referuntur, & cum Indico Budha mirifice conveniunt, quidquid aliqui in contrarium ariolentur. Vide librum cui titulus: *Recueil d'Antiquités Egyptiennes*, *Grecques*, *Etruſques & Romaines*, *tom.* 3. *tab.* 1. & 2. *num.* 1. 2. 4. Clement. Alexand. *lib.* 1. *ſtrom.* §. 131. Philonem apud Euſeb. *praep. Evang. lib.* 1. *cap.* 9., Aſiatick reſearches *p.* 425.

Ex his ergo omnibus ſimul ſumptis, luce clarius evincitur, Indos gentem eſſe, quae prae aliis cognitis gentibus nihil plus antiquitatis habeat, quae ut liber *Sambbavam* refert ab uno ſtipite, nempe a *Manu* rege, qui ſane cum Aegyptio rege primo

mo *Menes* idem & unus eſt, deſcendat, ac denique quae origini Iſraelitici populi coaeva, nec ipſi anterior ſit. Haec ſibi habeat D. Bailly, & ſi poteſt, reſolvat, atque extricet.

STROPHA VI.

ദ്രൌണ്യസ്ത്രവിപ്ലുഷ്ടമിദമദംഗംസന്താനബീജംകുരുപാണ്ഡ

വാനാംജുഗോപകുക്ഷിംഗതആത്തചക്രൊമാതുശ്ച

മെയശ്ശരണംഗതായാഃ

Draunya ſtravi plushdamidama dangam ſandánabígiam kuru Pándavánam giugò pakukshim gada átta Ciakro mádushva mé yasharanam gadáya.

Ita nando conſervatum natatile hoc corpus (haec familia) *cauſſa & ſemen eſt familiae Pándavarum, ac proinde etiam huius mei corporis* (verba ſunt Dei Krshna), *quod cum Brahmae Dei arcu & ſagitta uſum fuiſſet, Vishnu Dei protectionem promeruit accepitque Triciacram* (tres rotas cum triangulis intus Vishnu Dei inſignia) *& illis matris meae ventrem replevit*, nempe illis ſanctis ſignis rota, concha & triangulo.

STROPHA VII.

Haec ſtropha funiculo quo folia palmae libri Grantham colligata ſunt, exeſa fuit, & integra reddi nequit.

STROPHA VIII.

രൊഹിണ്യാസ്തനയഃപ്രൊക്തൊരാമസ്സംകൎഷണസ്ത്വയാ

ദെവക്യാഗൎഭസംബന്ധഃകുതൊദെഹാന്തരംവിനാ

Rohinnyáſtanayà prokto Ráma ſamkarszana ſtvayá Dévagya gaerbha ſambhendha kudo dehándaram viná.

Celebris ac generoſus Ráma filius ſtellae Róhini, Deae Dévagui primo affinis, deinde ſine permutatione ex una generatione in aliam, Dévagui Deae etiam filius fuit.

STRO-

STROPHA IX.

കസ്മാന്മുകുന്ദോഭഗവാൻപിതുർഗ്ഗേഹാദ്വ്രജംഗതഃ
ക്വവാസംജ്ഞാതിഭിസ്സാകംകൃതവാൻസാത്വതാംപതിഃ

Kaſman mugundon Bhagaván pidurggahampragìam gadá
kvavá ſagniádi bhíſságam krdaván sátvadámpadí.

Quare, ex qua cauſſa Krshna (Vishnu incarnatus) *paternam domum, ſolum & civitatem* (Ambádi) *adipiſci voluit? quare cum viventibus intellectu & ratione pollentibus ſimul cohabitare? Ubi habitavit?*

STROPHA X.

പ്രാഗേവസൻകിമകരോന്മധുപുര്യാംസകേശവഃ
ഭ്രാതരഞ്ചാവധിൽകംസംമാതുരദ്ധാതദർഹണം

Pragèvaſen kimagaron Mádhu puryám ſa késhavá
bhrádarancia vadhíl kamſa r mádura dhâda darhanam.

Krshna ille in urbe Madhu exſiſtendo quale opus fecit? Cur occidit Kamſa regem, qui non promeruerat occidi, cum matris frater ſeu avunculus fuerit ipſius & magiſter? Cur ergo hic occideretur?

N.B.1. Haec urbs Madhu ſeu Madura eſt probabilius *Madura deorum* de qua Ptolemaeus tab.x., ubi etiam de *Pandavis* pauca habet. പാണ്ഡവാസ്ഥംഗംഗാംതേരുസ്തേരു *Pandevae Gangem tranſierunt* ait *Sambhavam*. Quare bene Ptolemaeus Pandavas ad Gangem conſtituit. In editione Ptolemaei Alexandrini Argentorati apud Ioannem Grieninger anno 1522. peracta, lib.VI. tab.v. pag.94. ita legitur: *circa Bedaſpum, Pandavorum* Πανδάυων *regio, in qua civitates hae*: Labaca &c *& verſus ſolis ortum uſque Vindium montem, Modura quae deorum dicitur*, nempe antiqua Madura in qua natus eſt *Krshna*.

N.B.2. Ex hac occiſione Kamſa regis a Krshna Deo facta, aliiſque heic allatis manifeſte evincitur, Krshna Deum, Chriſtum ſervatorem fabulis deformatum non eſſe.

STRO-

STROPHA XI.

ദെഹാമ്മാനുഷമാശ്രിത്യകതിവൎഷാണിവൃഷ്ണിഭിഃ
യദുപുൎയ്യാംസഹാവാത്സീൽപത്ന്യഃകത്യഭവന്വിഭൊഃ

Déha mánusham a shrityacadi Vrshnibhi
Yadu puryám ſahavátsil vanya kadya bhavam vibho

Aſſumpto corpore humano quot annis in illa urbe Madhu cum filiis regis Yado ſeu Vrshni habitavit? quot uxores habuit?

STROPHA XII.

തെദന്യാസ്യസൎവ്വമെമുനെകൃഷ്ണവിചെഷ്ടിതം
വക്തുമൎഹസിധൎമ്മജ്ഞശ്രദ്ദധാനായവിസ്തൃതം

Te danyacia ſarvame Muné Krshna viceshdidam
vaktumarhaſi dharmagnia shradda dhánáya viſtradam.

Omniſcie, ſancte Muni (Heſychaſta) *Krshnae actiones ſingulares, & omnia quae ex te quaero mihi integre & integre & fuſim enarra. ego idcirco nunc te adoro, tibi intentiſſimas praebebo aures.*

STROPHA XIII.

നൈഷാതിദുസ്സഹാക്ഷന്മാന്ത്യക്തൊദമപിബാധതെ
പിബന്തംത്വന്മുഖാംഭൊജച്യുതംഹരികഥാമൃതം

Neyszádi duſſahà kshanmandya ktodama vibádha
tévi bandadvan mughá bhógia cyudam Hari kathá mrdam ſtrada.

Enarratio & auditio huius hiſtoriae tollit poenas & afflictiones, lenit triſtitiam, & dat gloriam illi, qui Vishnu Deum adorando eam recitat, aut auribus excipit.

STROPHA XIV.

ഇടനിശമ്യഭൃഗുനനനസാധുപാദംവ്യാസികിസ്സഭഗവാന
ഥവിഷ്ണുരാദഃപ്രദ്യൎച്ച്യകൃഷ്ണചരിതംകലികന്മഷഘ്നം.

Edanishamya bhrgu nanana sádhu pádam Vyáſi kiſſa
Bhagavanatha Vishnu radá pradyarcya Krshna ciaridam cali kanmaszaghnam.

Mitem faciunt & gaudio replent ſancta verba Vyáſi (magiſtri & libri huius auctoris) *quae de ſancto Vishnu loquuntur*, *atque enarratio geſtorum Dei Krshna peccata tollit*.

N.B. Ad quid haec, ſi Brahmanes materialiſmi, ſtoiciſmi, & atheiſmi impietatem profiterentur, quam nonnulli Europaei ſcriptores ipſis appingere ſunt auſi?

പാവതെക്കളവനായീശ്വരസെവചെയ്ക
സംപത്തുവരുംകാലംസന്തോഷിക്കയുംവെണ്ടാ

Pávate kalavanáy Ishvara ſéva ceyga
ſambatu varum kálam ſandòshikeyum vendá.
Ut a peccato libereris, *Dominum cole*,
divitiae dum affluunt, *ne nimium laeteris*. Ita ait
Vedavyáſen Heſychaſta in libro *Sambhavam* ſeu *Puranam*.


Conſtat ergo ex eorum libris originalibus animam humanam per bona & mala opera praemii aut poenae, boni aut mali moralis capacem eſſe, atque perverſam Europaeorum quorumdam philoſophiam inter Brahmanes locum non habere.

LITTERAE SAMSCRDAMICAE


NOVITER INCISAE, LIMA ET SCALPRO EFFORMATAE

Quae in Alphabeto Samſcrdamico Romae anno 1772. *excuſo*, *deſunt*, *atque nunc primum in hac grammatica in lucem producuntur*.

tsz th m s b dt sh g dh t




d ng ph ch Gallicum m p bh h J Anglicanum



OMNES HAE MUTAE SUNT, SEU NULLAM POST SE VOCALEM ADMITTUNT


pma nkta krva ktu ngbhia gbhi gbia nnru rbhu




bhu dbhya kshna trí nthi dhrya kshni dhna dtna



rtra dbya ſthna dhni kthni kthna ſthni kthi




dt ddt mnì rva hna ſtr rgui bbha shcia



hna dyu bbhu gvi mri siu shru dhnì dru



ktha gda shlu ngbhi hna bvi gia vyu rbhu



bru tsna gr vri mrí rca dyú rgia nnga



dhru

dhru	ncſha	gdva	ngi	dru	khni	dbhya	ndva
ധ്രു	ഞ്ച	ഗ്ദ്വ	ങ്ഗി	ദ്രു	ഖ്നി	ദ്ഭ്യ	ന്ദ്വ
dbhi	rhi	dhri	tvi	vrí	dbhi	rda	nu	vyu
ദ്ഭി	ർഹി	ധ്രി	ത്വി	വ്രി	ദ്ഭി	ർദ	നു	വ്യു
ncia	rga	rppi	ngia				
ഞ്ചൈ	ർഗ	ർപ്പി	ങ്ഗൈ				

O. A. M. D. G.

ERRORES IN TYPUM ILLAPSI ET CORRIGENDI

Pag.	*Linea*	ERROR	CORRECTIO
12	4	Sed his iam	Sed de his iam
13	28	o m eſt naſalis	o. m. eſt naſalis
19	5	Ananda Sháſtrami	Ananda sháſtram
19	11	potiorem aquam	puriorem aquam
21	16	qualem numquam	qualem umquam
41	29	ſolem, lunam, plantas.	ſolem, lunam, planetas.
79	6	*deficit una littera*	*& poni debet* ത്ര
105	13	O ൊ	ഒ
116	18	non ſuſcipis, qui a te.	non ſuſcipis, a te

ഹ ha	ह	ह	హ
ള lla			ళ
க்ஷ ksha	क्ष	क्ष	క్ష
ற rra			ఱ
			ఞ ji
			[illegible] tii

N O T A N D U M

I. Quatuor his alphabetis pleraque vocabula Samſcrdamica ſcribi poſſunt, ſi his litteris ſimplicibus accedant aliae compoſitae & complexae.

II. Alphabetum Indoſtanum, & Nagaricum adduximus ex recenſione P. Caſſiani Beligatii quod exſtat in Alphabeto Romae typis Sac. Congregationis edito.

III. Ex utroque hoc Alphabeto ad Nagaricum, quod in diſquiſitionibus Aſiaticis afferunt Angli, collato, patebit hoc Nagaricum ab ipſis allatum aliis duobus nihilo praeſtare, non numero, non valore, non poteſtate, non pronuntiatione aut vi litterarum, quia tot, & non plures nec alias illud litteras continet.

IV. Facto examine apparebit, litteras ab ipſis allatas quoad apicum formam ab Alphabeto Nagarico diſcrepare, & plus cum forma litterarum Alphabeti Indoſtani convenire, attamen, ut diximus, ubique eumdem, & non alium valorem litterarum habere.

V. Patet, Granthamicum ſeu Samſcrdamicum noſtrum & Talenganicum copia litterarum Nagarico ab Anglis allato praeſtare, adeoque ad ſcribendam linguam Samſcrdamicam illa duo prima aptiora eſſe.

N.B. Libri Bhâgavadam inſigne fragmentum in fine grammaticae affertur.

FACULTAS ORDINIS

EX commiſſione R.P.N. Ioannis Evangeliſtae a S. Maria Praepoſiti Generalis Carmelitarum Excalceatorum legi diſſertationem in linguam Samſcrdamicam R. P. Paulini a S. Bartholomaeo Carmelitae Excalceati Miſſionarii Apoſtolici Malabariae, & nihil in ea inveni contra fidem, ac bonos mores.
Datum Romae prima octobris in Collegio S. Pancratii 1790.

Ego Fr. Albertus Maria a Ieſu Carmelita Excalceatus Lector S. Theologiae in Collegio eodem.

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro S. P. Apoſtolici.

F. Xaverius Paſſarl Archiep. Laris. Vicesgerens.

APPROBATIO

Librum cuius inſcriptio eſt: *R.P.Fr.Paulini a S.Bartholomaeo*, *Carmelitae Excalceati*, *Malabariae Miſſionarii*, SIDHARUBAM, *ſeu Grammatica* SAMSCRDAMICA, *cui accedit diſſertatio hiſtorico - critica in linguam* SAMSCRDAMICAM *vulgo* SAMSCRET *dictam*, *in qua huius linguae exſiſtentia*, *origo*, *praeſtantia*, *antiquitas*, *exſtenſio*, *maternitas oſtenditur*: *libri aliqui ea exarati critice recenſentur*, *& ſimul aliquae antiquiſſimae gentilium orationes liturgicae attinguntur*, *& explicantur*; iubentibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide bono regimini praepoſitis Reverendissimis & Eminentissimis S.R.E. Cardinalibus, attente, ac diligenter legimus. Eruditi autem auctoris in Indorum gentis moribus, lingua, ſuperſtitioſiſque dogmatibus ex longo cum Malabarenſibus uſu, atque conſuetudine apprime verſati, in ſuo illuſtrando argumento induſtriam ſingularem, atque peritiam non modo probamus, ſed & librum ipſum iis, quibus ſanctiſſimae Religionis noſtrae Chriſtianae in Malabaria propagandae, amplificandaeque munus incumbit, utilem iudicamus quam maxime. Horum ſiquidem, ut ſuperſtitionis genus, quo implicatur Indica gens, & in cuius fontes inquirit auctor, primum dignoſcant, magni intereſt. Quamobrem librum, nihil alioqui fidei, & morum doctrinae continentem adverſum, qui typis publicetur dignum cenſemus.

Datum Romae in Coenobio S. Mariae ſuper Minervam die 23. ianuar. an. 1791.

Fr. Gabriel Fabricy, *Ord. Praedicatorum*, *S. Theologiae Doctor*, *Collegii Caſanatenſis Theologus*.

Fr. Philippus Angelicus Becchetti eiuſdem Ordinis.

IMPRIMATUR

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Praedicat. Sac. Palat. Apoſt. Magiſter.

DECRE-

Digitized by Google

DECRETUM S. CONGREGATIONIS

DE PROPAGANDA FIDE

CUm in Congregatione generali Eminentiſſimorum DD. Cardinalium habita die 19. iulii relato per me infraſcriptum ſtatu Eccleſiae Malabarenſis inter cetera dubia propoſitum fuerit XXVII. videlicet : An ad uſum alumnorum & miſſionariorum brevis Grammatica linguae Samſcrdamicae ſit imprimenda in typographeo S. Congregationis , Eminentiſſimi Domini reſcripſerunt affirmative.
Datum Romae in Aedibus Sacrae Congregationis die 19. iulii 1790.

L. Card. Antonellus Praefectus.



Loco ✠ Sigilli.

I. de Carpineo Pro-Secret.

ALPHA-

Digitized by Google

Digitized by Google